VIſum autem Speuſippo ē: vtiqꝫ non recte: eum q definiturus ſit: ſcire omnia oportere. Neceſſarium inquit eſt: omnes rei differentias teneri: per quas genus id quod definire velis: a ceteris differat. Hoc nemo aſſequi pōt: qui cetera non cognoſcat. ❡ Primum id non eſt neceſſe omnes differentias ſciri: propterea ꝙ infinite ab accidentibus trahi poſſunt: quibus res eadem ſpecie comp̄henſe inuiceꝫ diſcernuntur. Socrates a Platone: Zethus a Callia. Quocirca nihil attinet ſcire has: neqꝫ ad ſubſtantiam rerum indicandam: neqꝫ ad finitionem earum conſtituendam. Deinde qui genus in differentias propinquas ꝛ contrarias diducit: vt animal in rationale ꝛ irrationale: ꝛ preterea cognoſcit hominem in altero membro diuiſionis reponi: ꝛ ſumit rationale: non ilico neceſſe eſt eum ſcire: q̄cunqꝫ ſub irrationale: quod alterum membrum diſtributionis eſt cadunt. Nam abundanter ſcitur: hominem eē animal rationale: ſi intelligitur: ſub altero diſcrimine cōtineri non poſſe. Rurſum animal rationale: aliud mortale: aliud imortale. Sumatur mortale: nihil neceſſe p̄terea eſt: vt que imortalia dicantur: q̄rere laboremus. Ergo b hec oratio ſpeciei: que comitatu differentiarum oīum ſepta exaggerataqꝫ eſt: definitio ſubſtantie appellatur. ❡ Illud adeo non poteſt dici: quoniam ſpeciem differem⁹ ſub altera obuerſarum neceſſario comp̄hendi: ſumptum id eſſe vtiqꝫ non conceſſum. Nihil eniꝫ eque perſpicuum eſt: q̄ ſi differentie generis proxime iuncteqꝫ afferant̄. Et q̄ ita iuſtū ex altera pte adhibite reſidēteqꝫ ſint: vt nihil medio ſpatio hiet: ſpēm in altera earū includi.

b ὅταν δὲ οὕτω διαιρῶν ἐφαρμόσει τὸν λόγον τῷ εἴδει καὶ μηκέτι προσδέηται διαφορᾶς, ἕξει τὸν λόγον τῆς οὐσίας i. quādo hoc mō precedēs orōnem ſpēi ita accōmodauerit: vt ſi ſic viteri⁹ opꝰ differētijs: definitionē ſubſtantie erit adeptus.

❡ Tria precepta diuiſionum. Cap. XXV.

PLane in diuiſionibus: que ad finitionum momenta pertinēt: triplex obſeruatio neceſſaria eſt. Primum ſumenda ſunt: que q̄cunqꝫ de re: quā finimus dicūtur predicatione quid ſit: vt genera: cum quib⁹ diffe eorum ſciſcēde. Idqꝫ ex topicis petēdum. Nam quēadmodum loci ſunt: qbus accidēs gen⁹: ſit nec ne: diſcernit̄: ita ſunt: qbus gn̄a ꝛ diffe ſubales noſcunt̄. Alterū p̄ceptum eſt vt differētie collocent̄ ꝛ digerant̄ in ſeriem. Hoc fiet: ſi maiores quaſqꝫ loco priore ꝯſtituas. Tertiū eſt: vt diuiſio vſqꝫ eo euadat: dū ꝑueniat̄ ad vltimā ſpeciem: q̄ vltra cōcidi nō poſſit: ꝛ dū ꝓprium qddā ex oib⁹ exeat: qd in aliā reꝫ nequeat trāſferri. Orationē his reb⁹ ac preſidijs ornatam expromittere poterimus abſolutā eſſe finitionem: vt que in eo quod rei eſſe eſt: predicetur: ꝛ cum eo quod finiendum ſit quadret.

❡ Solum vniuerſale definiri. Cap. XXVI.

SEmper autem definitio vniuerſalium eſt: quemadmodum omnis ꝛ diſciplina ꝛ ars. Medicus valentia ſpectat nō huius oculi: ſed ſimpliciter ſpeciei: ꝛ ſimpliciter oculi. ❡ Sicut vero in demonſtrationibus

nibus primum id curari debet: vt concluſio ſeria ſit: ita in definitionibus: vt res quę definitur: fiat ↄſpectiſſima. Obſcuritatis multę ſunt cauſę. Precipua ea quę in aſſignatione differentiaruʒ poteſt contingere. Quapropter quęrendis his caute ⁊ ſollicite verſari oportet: quia communes pluribus ſunt. Definitio quemadmodum ꝑ demonſtrationem euidens fieret: ⁊ quemadmodum veſtigari haberet: exequuti affatim ſumus.

¶ Ex ratione diuiſionum: ⁊ commentatione diſſectionū: vberem copiam diſſoluendis quęſtionibus comparari. Cap. XXVII.

VT vero facile ſit: cauſam q̄obrem quęqʒ eſt reddere: ⁊ quęrentibus de nobis quicq̄ꝫ: abundanter occurrere: ⁊ ratio diuidendi ⁊ diſſectionuʒ cõmentatio in promptu habenda: quā nobis primus Ariſtoteles perſcripſit. Si enim quę proprię ſingulis generib⁹ ſunt diſſectiones noſſemus: ſuppeditaretur nobis ad ſciendū quod quęqꝫ res ſit: mirabilis copia. Nam ea quę generibus omnibus inſunt cõmunia: per ea quę ſigillatim habentur: exquirere eſt. Uerbi gratia. In animali animatuʒ ⁊ ſenſibile per diſtributiones ſciuntur. Quom enim ſubſtantiam per animantem ⁊ inanimantem diuiſeris: tum comperies animal in ſubſtantiam animantē referri. Deniq quom ſubſtantiam animanteʒ in ſenſibilem ⁊ inſenſibilem ſolueris: tum intelliges animal in ſubſtantiā ſenſibilē reponi. Hęc per diuiſiones noſcūtur. ¶ Per anatomē vero .i. membrorum conſectionem intellectuʒ eſt: dē animal ex humidis ⁊ ſiccis conſtare. Eadeʒ ratio ad ſingulas ſpecies accõmodata magno viui erit. Proinde et piſcem proſcindere: ⁊ auem exdorſare vtile fuerit hisq cõmunia piſcibus ⁊ auibus volunt excipere. Quobreʒ q̄dam cõmunia ex diuiſione ſummi generis: quędā ex diſſectione iſta ſumentur: qui hęc ad manum habuerit: cauſas plurimaꝝ rerum cognoſcere ⁊ reddere poterit. Omnia namqꝫ: quę in genere vniuerſo inſunt: per ipſum genus in ſpecies quoqꝫ tranſeunt. Quobrem ſciſſipēne aial gallinaceus eſt? q̄a volucris. Quāobrem caret pulmone glanis? q̄a piſcis. ¶ Qz ſi genus non habet nomen: tamē affecti aliqua deꝑhendi poteſt: quę complurībus ex natura ſit cõmunia: vt cornigerum eſſe: ex hac quę ſequuntur adiunctaqꝫ ſunt ſpectanda. Primum eſt omaſum habere. Eſt autem omaſum boum ⁊ ruminantium venter: alterum eſt primoribus maxillę ſuperioribus dentib⁹ carere. Hęc ex anatome colliguntur. Rurſum quibus contingit cornuta eſſe: ceruis: bubus: capris: his illa incē neceſſe eſt: q̄ ex hoc ꝙ cornua habentur: ſequi ſolent. Illud ergo fuerit mediū. Si quęraē q̄obreʒ bos omaſum hꝫ? quia cornigerū aial eſt: q̄obrē ceruo vita lōga? q̄ vacat felle. Sed ⁊ hoc mediū ex diſſectione ſumptū eſt: qđ vero ex medio conſequiē accidit medio. Accidit ⁊ his quorūʒ cõmunis affectio eſt. Mediū igitur modo per cõſectionem: modo per diuiſionem accipitur. ¶ Sunt ⁊ quę ꝓportione ſola cõmunia ſint: vt ſpina: os ſępiū. Eſt autem ſępium quidā inſtar ſępyę validiuſculum: latiuſculūq: fungoſum ac friabile: inter ſpinaʒ ⁊ os: naturam mediaʒ referens. Hęc ſeligere oportet: vt quęſtionibus in h̄ gn̄e propoſitis reſpondere in promptu cuiqꝫ ſit.

Cauſas plurimas rerum reddere poterit qui rõnē diuidēdi ⁊ anatomen ad manū habuerit.

¶ Quę ſint eędem quęſtiones. Cap. XXVIII.

QUęſtiones autem eędem dicuntur: quę idem medium cõtinent: ⁊ quibus eadem ratio ſatiſfacit. Quamobrem lapis magnes trahit? q̄obrē electrū? Quāobrem cucurbicula medicinalis: horuʒ omniū (vt Platoni placet) cauſa eſt: reciprocatio: ſic eni antiperiſtaſim voco. Idem medium vel ſpecie intelligi volo: vel genere. Specie idem in exemplo ſuperiore eſt. Nam tria illa mira reciprocationi aeris tribuunt. ¶ Genere hoc modo. Quāobrem echo redditur? q̄obrē aſpicientes in ſpeculum formam ſuaʒ agnoſcunt? Quāobrē arcus cęleſtis ſit? Omnia hęc per refractionem ⁊ diſſultationeʒ contingunt. Aeris echo: obtutus repſentatio: radiorum arcus. Quęſtiones igitur inter ſe eodem: quo ⁊ media: diſcrimine differrent. Ita aliquę ſpecie: aliquę genere conſentient.

¶ Quęſtiones quaſdam ſub quibuſdam quęſtionib⁹ cōtineri. Cap. XXIX.

EST et modus alius: quo inter ſe quęſtiones multę conueniunt: vt cum cauſa vnius quęſtionis ab alterius pendet: ⁊ contineatur ſub illa. Uerbi gratia. q̄obreʒ Nilus torrentior ab idibus videtur? q̄a menſis quo modo exit hyemātior eſt. Atqꝫ hęc vna eſt quęſtio. Quāobrem hyemantior eſt menſis: quo modo exit? quia luna tum decreſcit: ⁊ collucere deſinit: hę duę quęſtiōes diluūtur cauſa vna fere .i. coitu ſolis: ſed intereſt: ꝙ coitus proxima ratio eſt: qđ luna interlunis collucere deſinat. Remota: qđ mēſis vergens hyemantior ſit. Remotiſſima: quod menſe prono fluuius concitatis ⁊ properantibus aquis vehatur.

¶ Demõſtrationes ex reciprocis ↄſtare. Cap. XXX.

AB hec ambigat quiſpiam de cauſa: et eo quoius eſt cauſa. Cauſaʒ ipſum medium voco. Id quoius eſt cauſa cõcluſionem. Quemadmoduʒ medio allato ponitur concluſio. Ecquid in contrariū cõmeet concluſione poſita: vti mediuʒ afferatur: periculoſum id videri: ne omnis demonſtratio redux ⁊ reciproca euadat. Deficit luna: quia interponitur terra. Interponiē terra: quia deficit luna. ¶ Sed quemadmodum ſubabſurda res eſt: demonſtrationem conſtituere ex retortis: atqꝫ his quę inuicem probentur. Ita demonſtratio putanda non eſt: quę nullo modo aut ex cauſa: aut ex aliq̄: quod cogitatione prius ſit: ducatur. Nam lunam deficere non eſt cauſa qđ terra ſe mediam oggerat: ſed pōt eſſe concluſionis: vtriqꝫ rei non poteſt. Atqꝫ hoc latiſſime patet: quandoqꝫdem defectus lunę in definitione terrę: aut interpoſitionis illius non ponitur. Contra in definitionē defectus: terra ⁊ interpoſitio eius ingreditur. ¶ Qz ſi nō reciprocarentur: ſed concluſio ſemper effectibus mandaretur: medium cauſis: neceſſe eſſet plura media: ⁊ plures cauſas haberi eiuſdem concluſionis: qđ fieri non poteſt. Porro tam effecta q̄ cauſę in demonſtrationibus viceʒ vniuerſalium cauſarumqꝫ obtinent: ⁊ tum hęc: tum illa in ſubiecto genere continētur. Quāobrem decidua arboribus folia ſunt: ſiue cauſam afferas: amplitudinem foliorum: ſiue inopiam humoris calidi: vterqꝫ ordo ſtabit. Quę defrondeſcunt earūdem folia exilitate caloris humidi contrahi: ⁊ quarum folia contrahantur: eaſdē frondes dimittere. Nullum autem incõmodum ſuſcipitur: ſi cauſa talis cum ſua concluſione retorqueri dicatur. Nec enim eadeʒ ratio vtrinqꝫ reciprocandi eſt: ſed quom ab euentis ad cauſam ſubitur: ſyllogiſmus tm̄ vocaē: quom econtrario eſt: abſoluta demonſtratio dicitur. ¶ Sane media plura: ⁊ cauſę plures eiuſdem rei eſſe niſi per accidens non poſſunt. In quo genere demonſtratio a ſignis ⁊ ex accidenti proficiſcitur. Quāobrem folia decidūt arboribus? quia contrahūtur ⁊ obareſcunt. Unde ortū incendium eſt? Ex reliquijs cinerum aut carbonum. Sed dictum ſępe eſt: demonſtrationes hac forma deminutas

imperfectaſqȝ eſſe:atqȝ in his media:non cauſas rei:ſed concluſionis intelligi. Explodenda igitur ab inſtitutiõe noſtra hęc ſunt:ſed pręcipue quę per accidens conſtant: vt ex quibus interrogationes ſcitę afformari nõ poſſint. Nemo enim quęrit quobrez arbuſta nigra:aut vitis palla:aut ſuffulta platanus folia deperdãt. Sed ſimpliciter quobrem arbores nudentur. Huius rei vna eſt omnibus arboribus cauſa:& merito. Cauſa enim quod folia amittant:definitio eſt:& eẽntia illius caſus:quę nihil aliud eſt: quam contractio humidi. Quemadmodum cauſa defect⁹ lunę:nihil aliud eſt:quam interuentus terrę.

Ex his ẽbis diluicide hẽ mediũ in demonſtratiõe eſſe paſſionis definitionez.

¶ Mediũ ſeq ꝯditionẽ maioris extremitatꝭ. Ca. XXXI

IN demõſtrationib⁹ ex his terminis:qui in concluſione collocãtur:maior extremitas dicitur:quoius cauſa medium eſt: minor extremitas:cui mediuz cauſa eſt:mediuz:ipſa iam cauſa. Ratio igitur maioris extremitatis: quę in concluſione ponitur:medium eſt. quo circa maiori extremitati reſpondere medium oportet:vt ſi omonyma:ideſt cognominis hęc ſit:omonymum:& mediuz ſumatur:ſi ad proportionem ſimilis:ideſt analoga:eodem modo & medium ad ꝓportionez ſimile afferatur.

¶ Queãdmodũ reciprocẽt ſubȝ & affectio. Ca. XXXII.

DE reciprocatione autẽ cauſę: & eius quoius eſt cauſa:& e⁹ cui eſt cauſa:ita res habȝ. Voco id cui eſt cauſa ſubiectum: arborem: vitem:ficuȝ. Id quoius eſt cauſa:affectiõeȝ: deſrondeſcere. cauſam:humorem contrahi:aut quiduis aliud. Dictum eſt ſupra cauſam:& id quoius eſt cauſa inuicem cõmutari:ſi eiuſmodi ſint:vt definitio cauſa ſit:id qđ definitur effectum. ¶ Nunc quemadmodũ reciprocet cum ſubiecto:breuiter explicandũ videtur. Si ex genere ſubiecto ſingulare aliquod & ſenſile adhibueris: locum reciprocatio non habebit:vt ſi quęſieris quobrez ficus:aut morus folia dimittant. Nã dimittere folia:& humorem inopia caloris conſiſtere:affectiões ſunt amplius ſuſę:quam vt cõmeare poſſint cum ficu:aut vite. Sin vero arbores in cõmune attuleris:quibus folia decidunt:tũ reciprocatio & coęquatio ſeria:& incolumis fuerit. Oportet igitur id ſciri:quod omnibus arboribus:quę amittunt folia:ineſt cõmuniter:vt ex eo id ſumamus:quod ſubiectũ huius affectionis ſit:de quo nectenda ſit quęſtio:quobrẽ. Huic enim primo cauſa inerit:mediuȝ:& quod plus eſt: inuicem cõmeabunt. Obſeruatum eſt non cadere arboribus folia:niſi quibus illa ſint lata:cum hoc & cã ipſa et id quoius cauſa eſt reciprocat.

¶ Eiuſdem effecti plura eſſe media:ſed non prima omnia. Cap. XXXIII.

SUnt autem in quęſtionib⁹ his termini quatuor:decidere folia:ſuccum concreſcere:latifolium eſſe ficus. Duo ſunt extremi:duo ſũt medij:ſȝ vn⁹ ſubiecto propior & ſubiecto cõmunior: alter prędicato affinior:cũ quo & reciprocat. In his igiẗ quorum media plura ſunt:vtrum eorum cauſaȝ dixeris: qđ de ſubiecto prędicetur affectioni:nimiruȝ id quod iũctius ſubiecto eſt:quia per hoc ineſt & remotius. Verbi grã. ſi cum eſſe latifolium:potius cauſa eſt quod ei folia decidant:quoniam per hãc habetur alia cauſa in ficu:quę eſt ſuccum conſiſtere:inareſcereq;. ¶ Dicat aliquis clariſſime videri plura eſſe in quibuſdam eiuſdem rei media. Nam in cõmune cauſa deliquij:& interuentus lunę in ſolem:& interuẽtus terrę in luna. Certe plures finitiões eiuſdem rei afferri non poſſunt:nominis poſſunt.

¶ De habitu principiorum:& quemadmodum cognitio vniuerſalium in homine pariatur. Cap. XXXIIII.

DE demõſtratione dictum eſt vt conſtet: dictum etiaȝ de ſcientia demonſtrãdi: quoius opus demonſtratio eſt. Nunc de principijs eius quemadmodum cognitio eorum ingeneretur in nobis:& qui habitus ſit:quo illa inoſcantur diſſeremus. Sed anteq̃ deſcendimus: purganda q̃daȝ & amolienda:quę videntur obſtare. Neceſſe eſt ṗma ṗncipia aut cognoſci a nobis diceret:aut non cognoſci. ſi cognoſcimus:aut demõſtratione:aut alia via cognoſcim⁹. Item aut ſcientia:aut virtute omnino aliqua: pleraq;.n. ſciri per demonſtrationem non poſſunt:quę nihilomin⁹ ſciuntur vt finitiones. ¶ Sciri certe principia demonſtrationis:neceſſe eſt eum qui ſcire vult:quę de ṗncipijs oriuntur:idqȝ ſupra & probauimus. Nec illud prętermiſimus principia demonſtrandi:demonſtratione oſtendi non poſſe. ¶ Videamus nunc:ecquid horum:quę ṗma imediataqȝ ſunt:ſcientia ſalteȝ aliqua:aut potentia ſit. ſȝ a quęſtione illa initium capiamus:principia hęc iam inde ab ortu noſtro inſignita impſſaqȝ animo ſint quideȝ: ſed lateant. An vero tum demum quom adulti iaȝ ſumus percipi a nobis:cognoſciqȝ ſoleant. & hercules inſita illa in nobis aliquando eſſe:nec intelligi:non poteſt defendi: quia quemadmodum demonſtrationem tenere nemo poteſt:ſi tenere ſe ignoret:ita nec ſcire principia qui ſcire ſe neſciat:tanto pręſertim exquiſitiore horum notitia quam demonſtrationis. ¶ Altera adeo pars:quę vult principiorum notitiam:progredientibus & confirmatis ętatibus ali. Diſſentanea a nobis eſt:qui ſtatuimus omnem doctrinam diſciplinamq;:ex pręſumptis quibuſdam et ante percęptis exiſtere. Nihil enim principio ſuperius priuſue eſt. ¶ Hęc ſunt quę controuerſiam pariunt:nec diſſolui poſſunt niſi vis animę aliqua inueniatur:quę prima inter cęteras cognoſcat. Et a qua principiorum intelligentia originem habeat. Ac videtur quidem hęc oĩbus animalibus data:quippe quibus innexa ſit diſcernendi quędam:iudicandiqȝ ratio. Sed quamuis omne animal inſtructum ſenſibus ſit:non tamen iudicio ęque valet oẽ. Sunt enim ex his alia:quę abiuncto ſenſili ſpectrũ eius diutius ſeruant:alia quę non ſeruant. Eorum quę nõ ſeruant:quędam omnino non ſeruant:vt muſcę:vermiculi: culices:quędam exiliter:vt brutorum & auicularum:nõnullę:quę cantibus:quos audiant:inſueſcunt. Ea in quorum animis res ſenſibus percęptę non manſitant: nihil ſine ſenſu cognoſcunt. At quibus digreſſo ſenſili imago eius inſculpitur:vt ſi Socrate abeunte formaȝ eius detineant animo:poteſt his alia cognitio:quam quę per ſenſuȝ accipitur:cõtingere:atqȝ hęc in animalibus imperfectis memoria dicitur:quoius id officium modo eſt:vt ſimulachruȝ rei eius:quę accępta ſenſibus eſt:in theſauro ſuo diu cuſtodiat. Quędam pręter hoc & connectere:quę in memoria condiderint:poſſunt & ſimilia ſimilibus ꝯferre. Quod genus rationalia perfectaqȝ ſunt. ¶ De ſenſu itaqȝ proficiſcitur memoria: vt dictum eſt:de memoria oritur peritia & experientia: vtiqȝ ſi de aliqua re ſępius agitatum cogitatumqȝ ſit. Nam memorię vt ita loquar multę vna exit experientia. Hoc enim quod ſel diſcunt: primum ſenſu percipio:veratrum eſſe:dcide & recordor: iterum ſentio:& iterum vſum eius agnoſco:& iterum memini. Simul hoc periculum ſępius fecero:tum ex pluribus ſenſionibus memoria vna coaleſcit:& ex memorijs multis peritia hęc conſurgit:vt ſciam veratruȝ bilẽ trahere.

Cap. 6. li. p⁹

Qud ſenſum appellam⁹ ait ipſe deide ſe- quitiſȝ quia &c. q̃ vba ſũe lozſed i curia librariorum omiſſa.

bere. Hęc peritia in dies accreſcit: ſenſu: experimētis: memoria: confirmatur. Tandem enunciatum vle reponit: idq; in anima obmanet: tale omne veratrum purgat.

¶ Univerſale a ſenſu oriri: habere: ⁊ ab intellectu formari. Cap. XXXV.

Univerſale autem notio eſt quędam in ſingularibus reperta ⁊ ad plures differentias pertinens. Hęc initium artis ⁊ ſcientię omnis eſt [a] artis: ſi circa ea ſit: quę oriuntur ⁊ occidunt. ſcientię: ſi circa his contraria. Neq; igitur iam inde ab initio vitę principia ſcimus: alioquin perfecti abſolutiq; naſceremur. Neq; item ab alia potentia priore pręſtantioreue: oriuntur hęc. Alioquin confitendum haberemus: aliquid pręnoſci ante principia: ſed a ſenſu ⁊ memoria congregant. Nam quemadmodum inclinato exercitu fuſoq;: ſi vnus aliquis reſiſtere incipiat: ſępe fit vt alius primum: deinde alius: atq; alius conuolet. Demum globo facto: ⁊ fauore multorum addito animo: tota acies iterat pugnam: ⁊ redintegrat pręlium. Ita de ſimulachris dicendum: ⁊ reliquijs inhęrentibus earum rerum: quę ſenſu hauriuntur: primo veſtigio ſecundum allinitur: ſecundo tertium nectitur: ab his alia conflauntur: corrogāturq;: de quibus poſtremo vniuerſalis quędam notio cohaleſcit. Hęc. n. animę acrimonia eſt: vt etiam ſi genera: quę accidūt ſenſib[9] continenter laberent ⁊ fluerēt: tñ ſimilitudines eorum excipere ⁊ memoriā continere poſſit: ⁊ qđ in ſingularibus cōe vniuerſaleq; eſt: deprehēdere notareq;. ¶ Nam ⁊ ſenſus hoc percipit. Quoties enim Socratem quis agnoſcit: ſenſu: vna ⁊ hominem agnoſcit in Socrate. Et qui hoc rubēs: hoc candidum videt: ſimul ⁊ rubens ⁊ candidum videt: nec quiſquam eſt qui Calliam ⁊ hominem: vt eandem omnino rem ſentiat. Alioquin ſicut nō eſt niſi vnus Calliasita videre non poſſe alium hominem niſi Calliam. Sed quom Socratem videt: videt in Socrate id quod in alijs quoq; hominibus ſimile cōmuneq; ineſt. Quare ad quendam modum vniuerſale ſenſu percipitur: non tamen ſeorſum a ſingulari: ſed obiter ſubindeq;. Alia quippe vis eſt: qua ſenſu circa ſua incidentia ſubiectaq; occupato: ipſa vnum ex multis rimatur: indifferens: ex differentib[9]: idem ex diuerſis: promiſcuum ex impromiſcuis colligat: hominem: ex Ariſtone ⁊ Callia: animal: ex homine ⁊ leone: ſubſtantiam: ex animali ⁊ planta. Durat enim aſcenſus hic: vſq; eo: dū multa in aliqđ: qđ vnū oīno ſimplexq; ſit reducamus referamuſq; ⁊ tanquā religemus.

¶ Quemadmodum vniuerſale per inductionem accipi intelligendum ſit. Cap. XXXVI.

Quāobrem modus q̄ vniuerſale cōſtituitur: cognoſciturq; inductio eſt. Inductionem accipio hac parte aggreſſionem illam rationemq;: per qua ex notitia particularium vtcunq; ad intelligentiam vniuerſalis venitur. ¶ Huius rationis aſſumptiones: ipſi erunt ſenſus. Nam ſenſus quoq; principia ⁊ cauſę ſunt vt ſingularia noſcitentur. Univerſale mentis op[9] eſt ⁊ ab ea effingitur. Huic enim proprium vnire ⁊ cogere eſt: atq; vt inquit Plato infinibilia fini obſtringere. Diuidit illa componitq;: plurib[9] modis conuerſat: atq; cōmutat: omnino agilis ⁊ permobilis natura eius deprehēditur. ¶ Porro inductionis huius in qua ſenſus vicem obtinet ſumptorum: vniuerſale concluſionis: non ſtatim a ſumptis cōcluſio ſequitur: nec paruo tempore abſoluitur: ſed inter ſumpta ⁊ complexionem aliquanta vis incidit temporis. Nam ſumpta ilico afformare incipit ſenſus: ſed quom proceſſit admodū: ac diu exercitus eſt: tū ea vis animi quę intellectus nominatur: concluſionem ipſam ſubiungit. In hoc autem opus eſt ętate longa ⁊ vſu multo: quia quod effuſum ſparſumq; eſt: niſi ſpatio temporis cogi: ⁊ in vnum conferri non poteſt.

Sic eſt ipſe grece καὶ ἔστι τὸ καθόλου τὸ ὅμοιον καὶ ταὐτὸν ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον, καὶ τὸ ἐν τοῖς πολλοῖς, hoc eſt. vle autē eſt id qđ ſimile atq; idē in ſingularib[9] ⁊ multis eſt.

[a] Grece aliter Theologus: ſic. n. ait artis: ſi circa ea ſunt q̄ ab ipſo fiūt ſcientię: ſi circa eaq̄ a natura.

¶ Principia in nobis non natura eſſe inſita: ſed creari ab intellectu. Cap. XXXVII.

Sed adeo paulatim ſenſimq; aſſiſtitur inductio hęc: vt cōtinuatione ipſa lateat: vnde orta perfectaq; ſit. Quapropter contingit multos credere naturam homini notitias quaſdam ingenuiſſe ſine doctrina: nec intellectum eſſe: qui de ſe illas promeret excitaretq;: quod falſum eſt. ¶ Quam ꝰo hęc ſola vis animę ſit: quę vniuerſales ⁊ imediatas propoſitiones communiat: hinc docebimur. Habituum qui ad intelligentiā ptinent: alij ſemper veri: alij non ſemper ſunt. Non ſemper veri opinio ⁊ ratiocinatio: vterq; enim earum rerum eſt: quę aliter eſſe poſſunt ac ſūt. Sed opinio fere ſpectatiui generis eſt: ratiocinatio adminiſtratiui. Ueri ſemper ſunt: ſcientia ⁊ intellectus: ⁊ ſcientia principiorum nō eſt. Nam ſcientia eſt notitia per demonſtrationem quęſita: relinquitur intellectum eſſe cui principia debeantur. Nā principia exactius ⁊ exquiſitius cognoſci: q̄ quę a principijs ſunt oportet. Solus intellectus exquiſitior omni ſcientia eſt. Intellectus igitur hic: qui principia ſcientęq; miniſtrat: quem primum natura indidit homini: ⁊ qui intellectus potentię dicitur ſimpliciſſim[9] ſit oportet. Hic certe animę oculus eſt. Hic initio vitę iudicio ⁊ ratione omni caret. Per hunc homo ſtatim ab ortu ſuo rationale animal natura exiſtit. Hic nobiſcum ab ineunte ętate ad obeuntem ſenectam augetur: prouehiturq;. ¶ Primum notiones ſimplices capit: quas terminos vocamus ⁊ incompoſitas voces: quę prima orationis tanquam elementa ſunt. Nam hominem: terram: algidum: candiduz: ſtatim a pueris efferre: ⁊ audita ab alijs in complexu itelligere poſſumus. Deinde quom paulum proceſſimus: tum ⁊ progrediens confirmatur animus: ⁊ ſimplicia incipit nectere: ⁊ quid ſit homo agnoſcere. Adhuc proficiſcente longius ętate: quaſi adultior fit: vt iam ⁊ conflare vniuerſalia ⁊ cōmentari a ſe poſſit. Nec ceſſat profectus: quouſq; ad expletionem quandam ⁊ abſolutionē naturę perueniat: ⁊ habitum intellectualem: per quem rationale animal ſummus attollat. ¶ Ac certe accidit ſimile quiddaz animo: quod corpori: nam paruuli primo ſic iacent: vt neq; flectere ſe: neq; igredi valeant. Deinde vt quadrupedes reptant: tum erigunt ſe: ⁊ incedant vt bipedes: nec indigēt comite: qui manum det: adeo ꝰo promouent hoc proceſſu: vt iam ⁊ ad curſum vegeti: ⁊ ad omnes vſus corporis firmi robuſtiq; ſint. Eodem modo animus primum nominare tm̄ res poteſt: ⁊ intelligere quę nominat. Tum componere ⁊ meditari. Poſtremo vniuerſalia quędam iudicia ⁊ notiones ſcrutatur: quas protinuſq; elicuit: in ſe ipſo deponit atq; conſignat.

Intellect[9] potentię eſt certe animę ocul[9].

¶ Intellectum eſſe habitum principiorum: quēadmodū ſcientia habitus eſt ſcitorum. Cap. XXXVIII.

Intellectus igitur principium ſcientię eſt. Principio vtiq; principiorum notitia tribuenda ſubijciendaq; eſt. Quemadmodum ſcientię omnia: quę ſciri per demonſtrationem poſſunt: ita enim principium ad pncipium ſe habet: ſicut ſcientia tota ad totum id: quod ſubiectum ſcientię eſt.

FINIS.

¶ Hermolai Barbari Patricij Veneti. Z. F. In paraphraſin Phyſices Themiſtij. Pręfatio ad Anto. Galatheum.

Philorenum Eryxidis ⁊ Gnathonem Siculũ gulę proceres: imo ꝓbo extremos ac perdi
tos gulones cupediniorũſqꝫ: infamant literę: ꝙ conuiuijs adhibiti emũgere
ſe in pultarijs ſoliti eſſent: vt abſtinentibus cęteris: ſoli epulis amplius fruerenť. Idem mihi viden
tur peccare: ꝗ ſtudia liberalium artiũ docere: aut ſcribere ingreſſi: vocabulis ſordidis ⁊ ex intima
plebei ſermonis fece acceptis: fędant ⁊ contaminant oia: vt bonis mentib⁹ ⁊ pręclaris ingenijs: aut
auerſis: aut perterrefactis: ſoli rerũ potiantur: voluptentur ꝗ citra ęmulum. Ita fit: vt ꝗ paulo mo
do humanius educati inſtitutiqꝫ ſunt: nõ reformident hęc adeo: ſed fugiant: oderint: deſpuant. Cõ
tra rudiſſimus quiſqꝫ infantiſſimuſqꝫ admoliri manus his audeat. Quod non ꝯtingeret niſi ꝙ (vt in puerbio eſt)
balbi balbos intelligunt. Ac ſunt quidẽ nõnulli tam male affecti animatiqꝫ: vt putent quę in philoſophia, matheſi,
iuris ſcientia, tractantur: latine dici aut explicari non poſſe: non tam propter egeſtatem linguę: ⁊ rerum nouitatem
(vt Lucretio videtur) q̃ ꝙ ſentiũt humanas literas quaſi negociũ faceſſere: ⁊ impedimẽto eſſe maioribus doctri
nis. In quo alij etiam importunius ſtolidiuſqꝫ affirmant: pugnantia eſſe hęc non alio genere: q̃ ea quę diſparata ⁊
contraria animantibus dicũtur. Proinde vitio vertunt: ſi qui vtrunqꝫ aut iunctim condiſcat: aut ab eloquentię ſtu
dijs ſe ad philoſophiã conuertat. Hi ſunt qui plauſus modo in celebritatibus captant: qui per vrbes vehunť cõ
ſpicui: qui vnicos ſe Ariſtotelis lectores: narratoreſqꝫ ⁊ credũt ⁊ pręudicant. Durius fortaſſe verbum q̃ vt vel ho
mo minime iurgioſus imodeſtiuſqꝫ afferat: vel vt abeſſe ab eo inuidia poſſit. Sed fortis fortuna dicendũ eſt: nihil
ęque pernitioſum in omni repu. eſt q̃ iſta perſuaſio: nihil tota vita incõmodius: indignius: fędius: q̃ peruerſio hęc
⁊ deprauatio ſtudiorũ. Addicerem hoc neceſſarijs rebus ⁊ teſtibus: ſed nolo eſſe longior in re non dubia. Illud
non poſſum tacere: hoc qđ vulgo creditur: philoſophos non eſſe rebus gerendis aptos: nauoſqꝫ: non aliunde habu
iſſe ortum: q̃ ꝙ ex his plurimi: dum ſe totos ponunt: in vna illa, cui addicti ſunt arte: aſpernantur ⁊ deſerũt cęteras.
eloquentiã abdicant. i. cultum ⁊ elegantiam vitę: hiſtoriam negligunt. i. magiſtram ⁊ ducem bene ac beate viuẽdi:
de qua ⁊ vſus rerum omnium prouenit: ⁊ peritia tota reipublicę adminiſtrandę conſtituendęqꝫ paritur. Hi cum
legati ad externos mittuntur: cum pręture iuridicando ſedent: cum in ſenatu ſententiam rogantur: mirum nõ eſt:
ſi aliquando pręſentibus riſum excutiunt: ſi fatua: ſi delira: ſi extrema deblaterant: ſi tota eorum non plus incõpta
q̃ imprudens oratio eſt. Et Hercules nullum hominum genus viſitur tam abhorrens a ſenſu cõmuni: tam diſtor
to ⁊ corrupto iudicio: q̃ qui aut philoſophiam: aut ius ciuile ſine literis cultioribus adierunt. Sed mittamus (obſe
cro) hos: qui non verbis ſed ferula cõmonendi eſſent. Niſi ꝙ ſenex eſt pſitacus negligit ferulam. Prius tamen q̃
hinc decedo de genere hoc ita ſtatuo. Quemadmoduũ Luſcitioſi exquiſitius cernunt veſperi q̃ interdiu: ita hi fa
cilius prępoſtera ⁊ confuſa q̃ recta ⁊ explanata percipiunt: ⁊ quemadmodũ qui miſere degunt (vt inquit Plato)
dicunt humanum genus fęlix ac beatum eſſe non poſſe: ita qui diuerſum a muſis ingenium obtinent: negant habi
tare eas poſſe: in quibus ipſi artibus verſentur. Cęterum hortor te mi Galatęe vt adoleſcentibus iſtis veſtris no
uitios philoſophos cum veteribus conferas: penſitetqꝫ vt q̃tum interſit intelligant. Incumbe omni ſtudio labo
re dexteritate prudentia vt opinionem illam: de qua ſuperius dixi quę fere in hominum mentibus obdurauit: aut
diſcutias aut mollias. Ita enim ⁊ illos priuatim ⁊ literatos omnes in cõmune promeritus fueris. Multum te in
hoc iuuabit. Pontanus noſter: cuius tanta eſt vel doctrina: vel auctoritas: vel vtrunqꝫ: vt ſperare ſit: eum ſi vires
intenderit: talem huic malo futurum: qualis aut Sphingi Oedipus: aut Hydrę Hercules fuit: ꝙ ſi quos nactus
fueris egregie pertinaces (ſunt enim ⁊ in volucrum ⁊ in terreſtrium genere animalia: quę fętidis gaudent) ad hos
tu ceu aui prępoſtera ortos luſtratos: ⁊ intemperijs actos ac plane depoſitos deploratoſqꝫ ne manum quidẽ ad
moueas. Nunc reſtat vt de me ipſo tibi aliqua dicam. Mirari te nolim ſi infinitos errores: quos iſti partim impe
ritia linguę: partim Ariſtotelicę diſciplinę inſcitia pręlegunt ⁊ defendunt in ſcholis: non coarguo. Nec enim hanc
prouinciam ſuſcępimus ſcribẽdi res phyſicas: vt cum illis tanq̃ in paleſtra (vt dicitur) certaremus de laude ⁊ glo
ria: quippe quos vincere nullũ negocium ſit: ſed vt vel nobis ipſis cõmentaremur hęc: ſi nullos habituri lectores
eſſemus: vel ſi quibus idem qui nobis ſtomachus eſſet: his ad bonas literas aliquid operculę adderemus. Nec. n.
ſpiritus magis magnos in hoc q̃ viles (vt ille inquit) afferimus. Nec de nobis quicq̃ magnopere arduum polli
cemur: ſed quędam tamen inueniſſe non negamus quę aggredientes ad hęc tantiſper morari non inuenta potue
rint. Illud tempus eſt: in calce vti dicamus: nos tibi interpretationem in paraphraſin phyſices pro noſtra veteri
ac ſtabili neceſſitudine volentes dicaſſe. Alioquin dicaturã hanc ſtipulatus a nobis es: quom eſſemus iſtic: Op
pigneratam tibi fidem reluimus: q̃q̃ pręſcriptione vti poteramus ⁊ fori ⁊ decẽnij. Sed beneficio harum legum
renũciant philoſophi: q̃bus in fraude ponit̃ vel furioſo abiurare gladium. Vale. Venetijs. M.CCCC.LXXX.

¶ Themiſtij Phyſices Liber primus: Interprete Hermolao Barbaro.

Nō ē Themiſ. ꝓhemiū hoc ꝙuis illi id Hermi. aſcripſerit. ſʒ Simplicij ſicuti il le facile cognoſcere poterit ꝗ callent lras grecas.

Librorum Ariſtotelis de auſcultatiōe phyſica facile ē aſſeq intētionē: ſi prius eiꝰ ptis phīę diuiſio: ꝗ de nā ē: ad memoriā reuocata: i mediū pferat: fortaſſe ꝟo opęᵽciū factuſi ſimꝰ: ſi vniuerſa phīę diſtō: ꝗ ab Ariſᵗᵉ ē iſtituta: a nobis hoc loco breuit expoſita explicataqꝫ fuerit. ¶ Eſt. n. vt corpis medicina: ita aię phīa pfectio. Porro aīe vna pars irrōnalis: altera rōnalis ē. Rurſuʒ eiꝰ ptis: ꝗ rōnalis eſt: vna ē portio irrōnalitati obſeruiēs: ꝗ itellꝰs prātis vocaꝫ. Altera portio ē ſeꝑata prius atqꝫ ſeiuncta: ꝗ dr̄ itellectus agēs. ¶ Preterea duplex totiꝰ aię vis habeꝫ: appetēdi vna: altera cognoſcēdi. Plane id genus qḋ pficit appetitū: qḋ totū in irrōnalitate ⁊ itellectu affectibꝰ irrōnalibꝰ delegato poſitū ꝯſtitutūqꝫ eſt: ꝑipateci actiuū adminiſtratiuumqꝫ ⁊ circa negociū actiōeſqꝫ ꝯſūmatū noīauere: fineqꝫ eius pticulę ſtatuerūt: boni delectū atqꝫ ideptionē. Alteꝝ ꝟo genus: qḋ in cōſpectione dūtaxat ⁊ eſtimatiōe reꝝ ſola ꝯſiſtit: cuiuſqꝫ finis eſt veritas: gn̄ali vocabulo ſpectatiuū ꝯtemplatiuūqꝫ appellari voluere. ¶ Iteꝝ genus hoc poſterius ſecatur in ſpēs. Nam ea ſpeculatio: quę circa res a mā nō ſeꝑatas verſatur: quęqꝫ auxilio ſenſus ⁊ viſionū ope ipm poteſtatis intellectū pficit: nālis ſcia nūcupaꝫ: ea rōne: ꝙ ⁊ circa eas res ⁊ in his ꝯſiſtere nā videaꝫ. Eam aūt ꝯtemplationeꝫ: ꝗ circa res mā oīno carētes ⁊ puriſſimā itellectus agētis actionē: nec nō circa illū actum intellectus poteſtatis verſatur: ꝗ vna cū itellectu agente ꝯficiꝫ: diuinaꝝ reꝝ ſcientiam: ⁊ primā phīaꝫ ⁊ metaphyſicā vocant: qꝛ ſcilꝫ poſt nālium reꝝ traditionē inſtituta illa ⁊ ordinata eē videatur. ¶ Ceteꝝ ea cognitio: cui ſubiectę ſunt res: ptim coniunctę māę: ptim abſtractę: Mathematica ⁊ ſcia de aīa nuncupaꝫ. Et. n. mathematicaꝝ reꝝ ſubſtantiā affinitate quadam ⁊ iterſtitio vtriuſqꝫ nāę ancipitem eſſe: atqꝫ intermediā autumant: eo ꝙ ſi vltimateꝫ: atqꝫ in cōe ſpectro māę ſint expertes: ſi dimēſum ipm diſcretionēqꝫ pticularem ac ſenſilem a mā diſiungi: atqꝫ auelli non poſſint. Idem de aīa dr̄. Ex ſenſibꝰ nāqꝫ ⁊ imaginatiōibus: atqꝫ illo ipſo itellectu potētię: multuꝫ ineſſe māę colligunt: ex agente ꝟo intellectu: quem caput eſſe animi Ariſtoteles oſtendit: aiunt eē aīam ab omni materia prorſus abiunctam: ꝗuis non idem Alexandro videatur. Veruꝫ alias philoſophię ptes diligentius ſuis locis exequemur. Nūc de naturali dūtaxat eſt agendum.

Contēplatio actiōis puriſſime itellectꝰ agētis: ac eiꝰ ꝗ̄ itellꝰ poteſtatis a ctiōis: ꝗ vna cū agēte ꝯficitur metaphyſica eſt.

Nō autumat Simp. ſciam de aīa mathematicā eē: vt ꝗdā credūt: ſʒ mediā iter nālē ⁊ mem. ſicuti ⁊ mathē.

Scientie naturalis: pars vna circa ꝑncipia reꝝ nālium: ꝗtenus nāles ſunt atqꝫ corporeę: qḋ prorſus idem eſt ⁊ circa ea quę neceſſario ꝯſequentia ſūt ⁊ cōnexa ꝑncipijs. Altera pars circa ea verſaꝫ: quę ex ꝑncipijs oriuntur. Ex his quę de ꝑncipijs oriunꝫ: quędā ſimplicia habenꝫ quędam cōpoſita. De ſimplicibus ea pertractat ſciētia: quę de cęlo eſt ab Ariſtotele inſtituta. Nam prioribus duobus voluminibus de quinta ſubſtātia eius: quod ꝓpter cęlum eſt diſputatur. Superqꝫ perēnitas etiaꝫ illius oſtenditur. In reliquis duobus libris de ꝗtuor elementis agiꝫ: quę ſub lunę orbē ſunt: ꝗtenus ſimplicia ſunt ⁊ ꝗtenus motus ſimplices hn̄t. Sic eni vt arbitror melius dr̄ ꝙ̄ Alexandro viſum eſt: ꝗ de perpetuitate ⁊ orbiculatiōe addit ēt de quolibet corꝑe naturali: ſeu de mundo vlꝫ in his libris traditaꝫ eſſe diſciplinam. Nam de nālibus rebus: quę ſūt nāles in his libris: quos mō exponimus: agi ipſemet Alexander fateꝫ. Omne aūt compoſitū nāle eſt: de compoſito ꝟo nulla ibi fit mentio: ſed de ſimplici tm̄. Queadmoduꝫ ⁊ ipſe Ariſt. in tertio operis ſui volumine maniſeſte declarat. De ꝑmo ingt elemēto iam dictū ⁊ quale ſit nā ⁊ ꝙ̄ incorruptibile igenitūqꝫ: reliquū eſt de duobus dicere: duo aūt itellexit ꝗtuor elementoꝝ cōplexiones: quę duobꝰ generibꝰ motuuꝫ ſubijciunꝫ: vni ꝗ migrat a medio: alteri ꝗ tendit ad mediū. Simplicia porro nūcupauit elemēta. Quom ꝟo compoſita oīa ⁊ genita ſint ⁊ corrūpanꝫ. Simpliciū aūt reꝝ: quędam ſempiternę: quędam gn̄ationi ⁊ interitiōi obnoxię habeant. De ſempiternis agiꝫ in priorībꝰ libris ꝗ de cęlo inſcribunꝫ vt ſupradixi. De genitis ⁊ interituris ꝗtenus ſimplicia ſunt in tertio ⁊ ꝗrto. ¶ Sed quom de gignēdis caducſqꝫ iam eēt dicēdū. Primū duo volumina de gn̄atione ⁊ corruptiōe ꝯſcripſit: ꝗbus nāę rerum eaꝝ quę gignuntur quatenus ſunt gignendę: ⁊ ea quę cōiter ꝯſequunꝫ quatenus hꝰ ſunt pleniſſime ꝯtinenꝫ ⁊ indicanꝫ. ¶ Preter hęc alia iteꝫ de rebus alijs ſcripta idem Ariſtoteles religt. Nām vtiqꝫ eoꝝ reꝝ quę ſupra nos regione prima generāꝫ: ꝑ eos libros: quos Metheorologicos vocamus: abūdāter edocuit. De his ꝟo quę īfra nos ꝓducunꝫ: in aīs ſatiſſecit: in ea inſtitutiōe: quę metallorū nās nobis cōplectiꝫ. Et qm̄ in tria genera ſerre animās nā diducitꝫ. Aīalia: frutices: ⁊ ea quę qꝛ ex vtroqꝫ nāꝫ habēt Zoophita appellanꝫ: ceu iter aīalia atqꝫ plātas ambigua ⁊ in amboꝝ geneꝝ collimitio ꝯſtituta. De aīalibus veluti per quendam hiſtorię modum executus eſt in his libris: quos de aīalium hiſtorijs īſcripſit. Rationes ꝟo atqꝫ cauſas in his libris aperuit: quos de gn̄atiōe aīalium ptibꝰ motibꝰ ſomno ſimilibuſqꝫ cōpoſuit. Eodem pacto de ſtirpibus atqꝫ plantis duplici via ⁊ rōne diſſeruit. Hęc eſt vt ꝙ̄ breuiſſime dicam nālis phīę diuiſio diſtributioqꝫ a peripateticis prodita.

Liber de cęlo

3 Alexan.

Liber de generatione ⁊ corru.

Metheoroꝝ

De aialibus.

Nālis ſciētię diuiſio.

Preſentis aūt operis ſūma itentio eſt ea docere: quę vlꝫ inſunt in rebꝰ naturalibus: qua naturales ſunt. Ideꝫ eſt aūt ⁊ corporeas dicere ⁊ naturales. Plane principia ſunt oībus cōia: quęqꝫ annexa principijs. Principia ſunt ea: quę phī cauſas: ⁊ concauſas vocant cauſę apud Ariſtotelicos ſunt efficientes ⁊ fines: cōcauſę forma ⁊ materia: ⁊ poſtremo elemēta. Veꝝ Plato addidit cauſis exēplari: cōcauſis officialem ſiue iſtrumentariā. Quā ꝟo inſtitutio hęc de his rebꝰ ſit: ꝗ inſunt naturalibus vniuerſaliter rebus: ſtatim exorſus Ariſtoteles oſtendit. Neceſſariū aīt eſt naturę ſtudioſis in primis: ea vt videat: atqꝫ diſcutiat: quę ad ꝑncipia ꝑtinent. Idem declarat in tertio volumine. Eſt ingt maniſeſtuꝫ: ⁊ ob hęc: ⁊ qꝛ oībus videnꝫ: hęc eſſe cōmunia vniuerſaliter: iſta eſſe conſideranda: ab his qui debēt ſingula ⁊ ꝑticularia ꝓſequi. Eſt eniꝫ poſterior reꝝ particulariū ſpeculatus eo qui vniuerſalium eſt atqꝫ cōmuniū. ¶ Quoniā ꝟo natura quodā pacto efficiens primū eſt: naturalium rerum ⁊ principiū motus: vnde fit vt quęlibet res naturalis in ſeipſa ſui motus principiuꝫ habere dicaꝫ. Neceſſarius oīno tractatus erit de motu ei qui naturalem ſciētiam volet ediſcere. Rurſum cum tempus metiaꝫ: oīa ꝗ mouentur: ꝗ aūt mouentur in loco eſſe ſit neceſſarium: ⁊ temporis: ⁊ loci naturę videntur eſſe explicandę. Item

Opis itētio.

quom corpus tpͤs locus motus ꝯtinua ſint:neceſſe ē edo cere qd ſit ꝯtinuū. Atqȝ hęc ſūt ea quę nos ꝯſītia dixim⁹: ⁊ anneꝁa ꝑncipÿs. ¶ Sed īter hęc īcidunt qōnes: ⁊ ea q̄ de inani eſt: ⁊ ea q̄ de īfinito. De īfinito ea rōne: q᷑ quom ⁊ nālia corpora ⁊ motus, ⁊ locus, ⁊ tempus ꝯtinua ſint ⁊ dimēſum habētia: neceſſe eſt eē ſectilia in īfinitū. Itē vel īfinita eſſe vel finita: vel ꝑtim finita: partim īfinita. Quū vo nōnulli ſunt arbitrati locum eſſe inane qddā ſpatiū: ⁊ carentē corꝑe dimenſionē: iure ſermo is q̄ eſt de vacuo ei q̄ eſt de loco ſuccedit. Quī ꝑſertim phyſicoꝝ plurimi ⁊ qdem non ignobiles vacuū īter principia numerauerūt. Phyſicę igitur diſciplinę omnis ſunctio circa ea eſt: quę vel cōmuniter in rebus inſunt naturalibus: vel videnť vtiqȝ ineſſe: q̄uis non inſint.

Inſcriptio.

Cauſa etiam īſcriptionis pȝ: docet.n. de his rebus eſſe tractandū: quę nālibus cōiter īſunt: quia nālia ſūt. Proīde me rito vl̄e quodam nomen eſt inditū operi de phyſico.ſ.auditu: ſiue de auſcultatione nāli. Cęteꝝ auſcultatio dī ceu ad eum modum elaborato exa ctoqȝ opere: vt in auditionem ꝑceptionēqȝ aliÿs ſit ꝓpoſi tum. ¶ Adraſtus vo in his libris: quos de ordine cōmē tationū Ariſtotelicaꝝ ꝯſcripſit: tradit a nōnullis eſſe de ꝑncipÿs īſcriptū: a qbuſdam de phyſico auditu: aliquos priora qnqȝ volumina d̄ ꝑncipÿs īſcripſiſſe: reliqua tria de motu: hoc etiaȝ ſenſiſſe videť Ariſtoteles: quom mul tis in locis hac diſtinctione meminerit.

Cōmētatiōes cōcri qb⁹ res altiores ſubti lioreſqȝ agita bant: auſcul tatorias ſoli tus ē appella re Ariſ. de q̄ re ī ſine phyſi mi huius.

Utilitas.

Qb⁹ artibus mechanicis nālis ſcia ꝑn cipia ſubmi niſtrat.

Ceterum nālium reꝝ ſcientia: nō ſo lum ad eas res vtilis eſt: q̄ in vita tractanť: vtpote quę ⁊ medicinę ꝑn cipia pręheant ⁊ mechanicis cęteriſqȝ hꝰ ar tibus ſubminiſtret. Quęlibet eni ⁊ nām ſub iectę materię ⁊ nāles viſas ſpeculať. Iteȝ non ſolū ꝓficit ea cognitio: ꝑtem illā animę nobis aſſociatā atqȝ cōplici tam: eo mō quo theologia ꝑtem ītelligibilem: atqȝ ſupre mā: ſed ēt reliqs virib⁹ ⁊ poteſtatib⁹ aīę plurimū affert: ⁊ vtilitatis ⁊ ornamēti. vī.n. ad virtutes actiuas adipiſcē das ſcia nālis maximū habere momentū. Primū ad iu ſtitiā: q̄ ſiqdē elemēta ⁊ reliq̄s ꝑtes orbis vniuerſi: ⁊ ſibi inuicē cedere: ⁊ ſuū amare quęqȝ ordinē: ęq̄bilitatēqȝ ſer uare geometricē plane ꝓſpicimus. Uñ ab auaritia ⁊ poſ ſidēdi libidine nos faciet abhorrētes. Ad ꝯtinētiā deide tēperātiāqȝ ꝓficiet: quom doceat eā eſſe nām voluptatis: vt nō ſit ea vllū aut ꝑ ſe ac ſuapte nā bonū: ſȝ poſteri⁹ qddā ⁊ ſubſequēs: dū id qd vehemēter moueť ⁊ magnoꝑe expetendū vī: multa ēt cum turpitudine ꝑter nāȝ cōmix tū ⁊ coingnatuȝ appareat. Huiuſmodi itaqȝ ſtudiū phię facile nos a corꝑis voluptatib⁹ deterrebit: atqȝ ab extraȝ oīuȝ cupiditate: q̄ externa quom ſint: plurimū admirari ⁊ ꝑcioſa exiſtimare ſolemus. Uñ illud eueniet: vt ⁊ iuſti ⁊ ꝯtinētes eſſe poſſim⁹: ⁊ in cōi hoīum ꝯſuetudīe atqȝ cętu: ꝯſultiſſimi ⁊ prudētiſſimi eſſe videamur. ¶ Sed ⁊ phyſicis ⁊ fortitudo ſumeť ꝯ mortis metū: quom didice rimus hoīem vix eē portiūculā ſenſilē vniuerſi: ⁊ viuēdi ſpatiū vix toti⁹ tpis eſſe momentū. Iteȝ genitū oē corrū pi diſſoluiqȝ in ſimplicia oportere: ⁊ ꝑtes ꝓprÿs elemen tis reddi: atqȝ reſtitui vniuerſitati. Nihil.n. aliud ē corru ptio q̄ȝ diſſolutio diſſipatioqȝ ꝯpoſiti: ꝑ quā vt dixi ꝑtes in gn̄alitatē.i. nām ſuam recurrētes reciprocanteſqȝ q̄ſi accepto ferunť vniuerſitati renouanť ea: q̄ ꝯuenerant: ꝯfirmanť ea: q̄ debilitata fuere atqȝ ꝓſtrata. Cęteꝝ nunc ſiue paucis poſt ānis emori in nulla eē ponēdū rōne ei: q̄ tpis numeꝝ atqȝ adeo īfinitudinē ęſtimarit. Et ſi ſepa ratā illam aīi ſublimitatē ad ea cognoſcēda traduxeris: q̄ a corꝑe ſūt corꝑeiſqȝ remota: nūc penit⁹ cupieris vita ex cedere. Qui vo ita eſt aīo ꝯſtituto atqȝ cōpoſito: vt mor tē ꝯtemnat: qd eē pōt tam admirabile: qd illi⁹ queat mē tem ꝑuertere. ¶ Prudentiā quoqȝ cū plurimā hēat cū intellectuali aī ꝑte cognitionē: ea maxīe iuuabit diſcipli na: quę nām reꝝ oſtēdit ⁊ edocet. Excelſo itē aīo eſſe atqȝ magnifico faciet ea ſcia: q̄ ꝑſuadet nihil eē magnū aut exi miū in reb⁹ humanis. Quom vo ita reuocamus mētē a ſenſib⁹: vt nulli cupiditati ꝑturbationiqȝ pareamus: ſed modicis: atqȝ adeo ītra deſideriū nāę ꝯtenti: noſtras poſ ſeſſiones velimus eſſe cōes: alienis ſuſtineam⁹: liberaliſ ſimi ⁊ munificētiſſimi efficimur. ¶ Iam vo maximū il lud atqȝ optimū gen⁹ vtilitatis: q̄s nō ꝓſpiciat: Qd ⁊ ad aī noſtri ſubſtantiā cognoſcēdam: ⁊ ad ſeparataꝝ diuina rūqȝ reꝝ notitiaȝ capeſcendā: hęc potiſſimū rō atqȝ via eſſe videať. Qd ⁊ Plato dicit: q̄ ex nālium motuū perce ptiōe: ad eam ſubſtātiam īueſtigandā ꝓrexit: q̄ quom ſe ipſamet moueat: ꝑdita eſt ītelligentia ⁊ diuinitate. Sȝ ⁊ Ariſtoteles quoqȝ hoc ipſo oꝑe ex perēnitate motus or bicularis: imobilē quādā ſubſtātiā adinuenit: quę motuȝ oīum origo eēt ⁊ cā. ¶ Accedit ad gr̄aȝ: q᷑ huiuſcemodi ſtudiū phię: nr̄aȝ erga deū obſeruantiā pietatēqȝ multū adauget: ⁊ tanq̄ȝ cōcalefacit. Nā cognitis hīs ꝑfecte q̄ ſe cit deus: in admirationē cōmendationēqȝ ſui oīum aīos atqȝ ora ꝯuertit. Hāc aūt admirationē ꝓpenſa charitas: fidesqȝ ac ſpes: certiſſime ꝯſequunť: ꝓꝑ hęc maxīe phyſio logię dāda eſt oꝑa vel īpenſiſſima: q᷑ ſi vtilis eſt ea ſcia: certe vtiliſſimū erit hoc opus: quo toti⁹ phyſiologię ꝑn⁹ ꝯtinenť: ſine qbus nālem diſciplinā cōplecti nō eſt: quē admodū ex initio ſtatim Ariſtoteles docet. Tūc inqt in telligere vnūquodqȝ arbitramur: quom cauſas cognoſci mus primas: ⁊ ꝑma principia vſqȝ ad elementa.

Ordo.

Siquid aūt ⁊ de ordine hui⁹ oꝑis eſt di cendū ex v̄bis Ariſt. q̄ nos ſuꝑ recitauimus: manifeſtū erit ꝑmos hos libros hēri in nāli ſcia: vtpote qbus ꝑn⁹ nālia ꝯtine anť. Nā poſt morales ſcias quę ad vitę nr̄ę īſtitutionē ꝑtinēt: ⁊ poſt rōnales q̄ nobis tradūt regulas diſcutiēdę diiudicādęqȝ v̄itatis: capeſcēda erat reꝝ nā liuȝ diſciplina. ¶ Quā aūt Ariſtotelicū opus hoc ſit ſuꝑ uacaneū eſt īueſtigare: quom res ꝯtrouerſa nō ſit: ꝑſertiȝ quom in his libris: quoꝝ auctorē fuiſſe Ariſt. nemini du biuȝ eſt: ipſemet Ari^{ſt}les opus h̄ liqdo videať agnoſcere. Pręterea ſtudioſiſſimi ei⁹ diſcipuli: ⁊ oēs demū Peripa tetici Ariſtotelicū op⁹ h̄ eſſe meminerant: quoꝝ nōnulli quoqȝ repti ſūt: q̄ id in capita exceperit: ⁊ breuiaria īdidē cōpilarint. ¶ Quom itaqȝ bifariā diuidanť hi libri: ꝑo rib⁹ qnqȝ voluminibus de ꝑncipÿs deqȝ his q̄ ꝑncipÿs ſūt anneꝁa: ⁊ his q̄ veniūt in qōnē agi. Adraſtus putat: in ſexto initiū ē motu capi: tribuſqȝ reliqs vniuerſaȝ de mo tu ſnīam promi: ⁊ nālis ei⁹ rei ſpeculamina pleniſſime iu dicari. Quare ⁊ Ariſto. ipſe h̄ diſcerniculo nomēclaturę ſolitus eſt priora qnqȝ de ꝑncipÿs vocare: poſteriora de motu. In ꝑ eoꝝ q̄ de ꝑncipÿs ſūt agiť de cōcauſis mā vi delȝ atqȝ foīa: ⁊ de ea q̄ formę opponiť ꝑuatiōe. In 2° de cā efficiēte tractať: quā eſſe nām dicit: ⁊ ſilr de ipſo fine: ⁊ q: ſunt alię quoqȝ cauſę: q̄ ꝑ accīs cauſę efficientes vi denť eē: eodē libro 2° de hꝰ genere cauſaꝝ egit: q̄les ſūt caſus ⁊ fortuna. Quom aūt ſtatueret nām eſſe ꝑncipium motus: ⁊ earū deinceps reꝝ oīum: quę motus alicuius ꝓ prietate indicatur: atqȝ deſignanť. In tertio docuit qd eēt motus: ⁊ in vniuerſuȝ ⁊ ſingillatī ſingula genera. Quom vo cōtinuus ſit naturalis motus: oē aūt ꝯtinuū in īfinitū ſit ſciſſile: eodē tertio libro ⁊ de īfinito: ⁊ de ꝯtinuo diſpu tatur. Corꝑa autem naturalia cū loci egeāt: ⁊ eius in quo ſūt: ⁊ eius in quo mouenť. ea ratione: de loco diſſeriť ī q̄r

Morales ſci entię reꝝ nā liū diſciplinā ꝑcedet ordī.

Nō opus ſit Ariſtotelicū dubio.

to. Ad hec quom nõnulli putarent locum eſſe vacuum interuallum: atqꝫ inter principia ipſum inane magno plauſu conſenſuqꝫ collocarent: in eodẽ libro: eas exulterat queſtiones: q̄ de inani atqꝫ vacuo ferebanť. Item quom motum omnem metiatur tempus: neceſſariũ videbatur de tempore diligẽter eſſe accurateqꝫ perquirẽdum: ita q̄rtus liber finit. In q̄nto: motum q ꝓprius eẽt ab alijs mutationibus ſeparauit. Iam q̄ oppoſitiones: pugnãtique tum motus ad motum: tũ quietis ad gerẽ: q̄ motus itez viciſſim geriſqꝫ haberentur: poſtremo q eſſet motus vnus deinceps oſtendit: hactenus hec. Ego vero additis paucis conuertar ad expoſitionem.

In qb⁹ diſſẽ ſerit Ariſ. ab alijs phis.

EX his igitur q ante Platonez fuere philoſophatiqꝫ ſũt: Thales ⁊ Anaximãder: atqꝫ hi oẽs: vtpote q poſt diluuium: ⁊ rerum neceſſariaꝝ inſtaurationem: ſtudium phie primi in Grecia excitauerint: quom rerum nãliuz cauſas quererent: q inde ac ab vltimis inchoantes ſola mãlia ⁊ elementaria ꝑncipia cognouerunt: que poſtmodũ nobis tanq̃ reꝝ omnium principia paſſim idiſcreteqꝫ tradiderunt. Xenophanes aũt Colophonius: ⁊ diſcipulus eius Parmenides: mox ⁊ Pythagorici ꝯſimãtiſſimam q̄dem reꝝ nãlium: atqꝫ earum quoqꝫ: que trans nãm ſunt: ſed plenã enigmatuz ambiguitatumqꝫ nobis phiam reliquerũt. Anaxagoras quoqꝫ Clazomenius efficientem cãm adinuenit itellectum ac mentem: q̄q̄ in redditione ⁊ aſſignatione cauſaꝝ rariſſime vſus eſt ea: qđ in Phedone Socrates momordit. Tametſi nõ erat id magnopere abſurdum: nam ⁊ Timeus ⁊ Plato: qui Timeum introduxit: q̄uis efficiẽtes cauſas ⁊ exẽplares: ⁊ fines propoſuiſſent: tñ corporaliuz cauſaꝝ ꝓbationes: nõ ex illis: ſed ex planis figuriſqꝫ demũ ab ipſa elementoꝝ nã duxerunt. Verũtamen ipſe Plato Pythagoricoꝝ Eleatarumqꝫ placitis: q̄ inuoluta ſubobſcuraqꝫ ferebanť: lucẽ quãdam vtiqꝫ intulit: ⁊ ea que vltra naturam ſunt elegantiſſime cecinit. In naturalibus quoqꝫ rebus atqꝫ genitis elementaria principia diſſeparauit a reliquis: huiuſmodiqꝫ ꝑncipia primus Plato dicitur appellaſſe elementa: vt Eudemus eſt auctor. Efficientes item cauſas ⁊ exemplares ⁊ finez: ita tradidit vt diſtincte inter ſeſe eſſe viderenť. Nam materiam ſimul ⁊ formã: Ariſtoteles ex eiſdẽ ꝑncipijs comperit. Is efficientem cãm diuinum ſtatuit itellectuz. Finem aũt illius bonitatẽ ꝓpter quã vnũquodqꝫ ſenſile itelligibilis exemplaris ſimilitudinem gerit. ¶ Ab his igiť: qui Platonem anteceſſerunt: non ſolum in eo diſſentit Ariſtoteles, ꝙ efficientẽ cãm intellexit: veꝝ etiã ꝙ materialem enucleatius vidit ⁊ prodidit. Naz quom illi homiomerias: hoc eſt ſimilares particulas: vel vnuz ex quatuor elementis vel plura vel oia rerum eſſe principia cenſuiſſent: vel inſectilia vſqꝫ corpora ꝓueniſſent: Ariſtoteles ⁊ homiomerias ⁊ quatuor elemẽta diſſoluit: atqꝫ ipſam corporalez naturam in formã materiamqꝫ diduxit: quẽadmoduz ⁊ ante Ariſtotelem, Plato, ⁊ ante Platonem, Timeus Pythagoricus fecerant: arbitrati ꝓxima principia eſſe q̄tuor elemẽta: ⁊ ante elementa ſuperficies. Principia vero prima elementaria eſſe formã atqꝫ materiaz. ¶ A Platone aũt ſimul: ⁊ ab his q Platonem ꝓceſſere Ariſtoteles videť in eo euariaſſe: ꝙ cũ nõnulli: videlꝫ hi q ante Platonez fuere: de naturalibus rebus ꝓinde: atqꝫ de oibus diſputauiſſent. Nõnulli ita egiſſent de naturalibus rebus q̄tenus in mũdo habenť: ⁊ quatenus ſunt partes mundi: ita vt in libris de mũdo huiuſcemodi ꝓncipia queſiuiſſe tradidiſſeqꝫ videanť: quẽadmodum ⁊ Plato: quiqꝫ ante Platonem fuere cõplures lactitaſſe reperiunť. Ariſtoteles naturalia oia: quo ſe queqꝫ ordine habeãt: edocuit. deqꝫ ipſo corpore naturali: quale ſit ſua pte natura: ẽt ſi nunq̃ fuiſſet mundus dicato ſeorſum opere cõmonſtrauit. Sed ⁊ in elementis aliud a materia priuationez eſſe oſtendit: quom Plato ante aut materiam: aut ex materia priuationẽ diffiniuiſſet. Ceteruz quom cãm efficientẽ alij deſeruiſſent. Anaxagoras vero atqꝫ Plato: idem eſt aũt ac ſi Pythagoricos dicerez: diuinum itellectũ efficientẽ eſſe cãm voluiſſent: vn⁹ Ariſtoteles adiuncte ⁊ ꝓpinque reꝝ cauſe laborãs: nãm id genus cãm efficientẽ expreſſit: quã Plato inſtrumentariam eſſe putauerat: moueriqꝫ ab alio: ⁊ mouere ſubinde alia. Verum Ariſtoteles non ſiſtit in ſola natura: ſed ad imotam quãdam ⁊ mouentem oia cãm eſt ſuperuectus: vniuerſaqꝫ: q̄ mouerenť in huius operis calce pẽdere inde: atqꝫ nũ acutiſſime comprobauit.

Genus phãdi Ariſto.

GEnus quoqꝫ philoſophandi Ariſtotelis differt a ceteris q̄ten⁹ obſcuritates ⁊ ſcrupos illoꝝ trãſtulit in ꝑſpicuam quãdam ⁊ ꝓpriam expoſitionem. Et vim ꝓterea ꝓbationib⁹ ⁊ ſyllogiſmis adiecit. A Platone aũt eo vſqꝫ videť diſſenſiſſe ꝙ demonſtratiões aptius illuſtriuſqꝫ induxit: q̄qꝫ eaꝝ principia a ſenſu ⁊ ab euidentibus rõnib⁹ ſumit. Ab oibus ꝓterea ſimul in eo diſſidet Ariſtoteles: qđ partes oẽs philoſophie naturalis vſqꝫ ad ſingularia euolutas ac reſolutas reliquit. ¶ Quom aũt ſcriptoꝝ cõmentationũqꝫ ſuaꝝ ſpecies duas haberet: vnam eoꝝ q̄ exteriora noiabat: q̄les erant hiſtorice ⁊ rhetorice meditatiões: demũ omnia ea que minus: tum cure ac diligentie: tum intentionis ⁊ ſtudij requirebant. Alteram eorum que auſcultatoria nuncupabat: in quib⁹ philoſophia remotior ſubtiliorqꝫ agitabať. Ex quoruz numero habeť hoc opus: cui titulus eſt de phyſica auditione. In auſcultatorijs data opera voluit obſcurus eſſe: ratus hunc in modum obiter poſſe rudiora ingenia ab huiuſmodi ſtudio quaſi reici deterreriqꝫ: vtpote quibus futurum ſit: perinde ac ſi neqꝫ ſcripta q̄dem vnq̃ fuiſſent. Quapropter Alexander poſt Perſarum euerſionẽ hec ad illuz ſcripſiſſe ferť. ¶ Alexander Ariſtoteli ſalutem. Non recte feciſti ꝙ auſcultatorios libros foras inuulgaueris. Nam qua alia re ꝑſtare ceteris amplius poterimus. Si ea q̄ abs te accepimus oiuz prorſus fiant cõmunia: ego vero malim doctrina anteire q̄ copijs. Alexandro vero reſcripſit Ariſtoteles his verbis. ¶ Ariſtoteles Alexandro regi ſalutem. Auſcultatorios libros quos editos quereris: ⁊ nõ proinde vt archana abſconditos: ſcito neqꝫ editos eſſe: neqꝫ non editos. Cognobiles. n. his tñ erunt: q nos vtiqꝫ audierint. Vale. Plutarchus Cheroneus in vita Alexandri de editione librorum metaphyſice hec vltro citroqꝫ fuiſſe ſcripta meminit.

Commentationũ Ariſ. due ſpecies.

Alexãdri regis epla ad Ariſto.

Ariſ. reſpõ.

1 EST antẽ totius opis ꝓpoſitum nãe earũqꝫ reꝝ ſciaz rationẽqꝫ explicare: que a nã ꝓducuntur. Nam ſine ratõe cognoſcere facile eſt cuiuis homini. ꝓſit. n. oẽs qui ſano ſunt ſenſu dicere hoc terraz: illud aquã: hoc plantam: illud aĩal eſſe. Is vero q cũ certa cognoſcit ſcia: neceſſe eſt principia rei cognite priora cognoſcat: quod ⁊ alie artes rõnales declarant. Grãmaticos ſiquidez dicimus: non qui nomina auſcultant: ſed quibus in promptu eſt dicere: ex quot conſtet elementis nomen vnumquodqꝫ. Item muſicos vocamus: non qui ſumma aure cantus excipiunt: ſed qui in tonos ⁊ ſemitonia ſciunt diſſoluere.

Memoꝛiā ⁊ reminiſcentiam eſſe coꝛpoꝛeas affectiones. item non eſſe illas in noſtra poteſtate. iteꝫ melicos potiſſimū hoc genere tentari. Cap. XIX.

CEterum qꝛ ſine imaginatione reminiſci nō poſſumus: ꝓpterea ⁊ ſimulachra ⁊ ſpiritus quę in coꝛde ſunt reminiſcētiā cōmouent: neceſſe eſt hęc coꝛpoꝛalis affectio ſit: ita reminiſcētia dicať motus intelligētię in tali viſo. Queādmoduꝫ eni qui librum vult ꝑlegere neceſſe eſt in ea ſe vertat ꝗ in libro ſint perſcripta: ita de reminiſcētia ⁊ intelligētia iudicādum eſt. Intelligētia cōparať legēti. Coꝛ. libꝛo. Uiſa ⁊ phātaſmata litteris diximus: ⁊ hoc olim memoꝛiā ⁊ reminiſcētiam coꝛpales motus eſſe: cuius rei ſigno eſt: ꝙ ſępe nobis quāuis aliud magis ſuſpicātibus cogitatio aliqua de repente obꝛepit: quā intercidere aut repꝛimere nullo conatu poſſumus: qn deſiſtat procedatqꝫ ꝑtinax: ⁊ inuitiſſimus nobis erupat: ꝓhinc ſimul humoꝛ in coꝛde adagitari cępit: qđ fit quoties reminiſci aliqđ conamur: euenit: vt facili ꝓterea ſiſti ⁊ ſufflamari non poſſit. Ergo ꝓinde efficimur ac ſiquis nos raperet trāſuerſos: ⁊ quālubet pugnātes in ſe cōuerteret. Tentanť validiſſime hoc moꝛbo melici bilioſiqꝫ. Sunt eni permobiles ꝓpterea: qꝛ ſpiritu multo ⁊ craſſo cōceptacula coꝛdis ſui habēt referta. Quđ pꝛimū igiť imago aliqua in his excita eſt: ſtatim exagitanť alię cōſequio ⁊ faſceatim ac turmatiꝫ ꝓſiliūt: ꝓpter mobilitatē humoꝛis qui ſitus in coꝛde eoꝝ eſt. Sed ⁊ illud ꝓbat memoꝛiaꝫ aut reminiſcentiā iuris noſtri nō eſſe: ꝙ nec quodcūqꝫ collibuerit: nec quoties collibitum eſt: reminiſci ſemꝑ poſſumus. Quāobrē vt miſſum telū ſiſtere aut reuocare non licet: ita quđ reminiſci ⁊ veſtigare aliquid volumus: neſcio qđ coꝛpoꝛeū cōmouemus: cui affectio hęc cōmiſſa mādataqꝫ eſt: nec vltra partes noſtrę vllę ſunt: nec eniꝫ per ſe moueri aliqđ pōt qđ incoꝛpoꝛeū ſic: ita ratione re ca factū eſt: vt motum eū rumperet: cū quis velit: in ſua manu nō habeat. Et queādmodū ꝗrenti locum in codice vt legat: nō ſatis eſt adire aperireqꝫ: aut ſcedas euoluere: niſi id quoqꝫ qđ ꝗrit inueniat: ita de intelligētia ⁊ ſimulachꝛis dicēdū ꝗ in coꝛde ſeruanť: vt tāctū ea quālubet tractes verſeſqꝫ: reminiſci tñ nequąs niſi in illa ipſa offendas quę reqris. Unđ vt dixi euenit: vt ij maxime imaginoſi cogitabūdiqꝫ ſint: in qbus redundatioꝛ vis humoꝛis ſtagnat ea ſede in qua imagines rerū locātur. Nō eni facile tranquillanť agitatione ſemel inita ⁊ quouſqꝫ aſſequātur ⁊ continuenť ea quę volunt: recto receſſu ſcaturiūt: identidē ⁊ ſuboꝛiunť imagines. Quāobrem irę in illis ⁊ metus ⁊ reliq̄ eius generis affectiones ſimul paulo cōmotę irritatęqꝫ ſunt: exacuūt accēdūtqꝫ ipſę ſe vltro: ⁊ vires obiter coꝛrogāt: conualeſcuntqꝫ: ita vt labore etiā ſūmo cōpꝛimi ſedari ⁊ extingui non poſſint. Exēpli gr̄a indicat ratio iniuriā acceptam eſſe: coꝛ ſtatim iracūdia ęſtuat: moꝛ accēſione ſanguinis feruet:

quo tandem auxiliaribꝰ copijs ↄfirmatū recaleſactūq; rectro ↄcaleſacit ⁊ exaſpat ſanguinē. Eodē mō metꝰ ↄtrarijs ex cauſis reſrictu ⁊ ↄtractu cordis pfectus nō facile deponit̄. Qđ ⁊ accidere ſolet his qui in cantibus paulo validius exultauiſſant: aut qui orationē pſam verſamue contētā ⁊ experta voce pnunciant. His ēm in fine ratio ſua ſit: coq; ⁊ quieſcēduz habeant: tamē vox impetu cō ceptō ⁊ quaſi ex procurſu longius procedit: ⁊ ceſſantibꝰ his aliquādiu poſt ſuperſtes eſt.

⸿ Quibꝰ ex cauſis pomiliones, pueri, ſenes, imemores ſint. Cap. XX.

Caeterum illi maxie imemores eſſe dephenſi ſunt: quibus ſuperiora pportione reliq corporis ſunt vaſta vt pomilionibus: rōne qđ vis ſenſus pmatis grauata in his oppreſſaq; pōdere eſt: qđq; in tā obeſa ⁊ craſſa materia deſignari aut exprimi formę rerū nō poſſunt: ſed quaſi fruſtrant̄ ⁊ diſſiliūt plagę: nec interim imaginibus pduri ⁊ ſpiſſi ſenſus reſiliunt: ſed ſi quas ob inſignē earū pulſum admiſerint hauſerintue: nō ita vident̄ admittere vt cū reminiſci volunt: facile ad imperiū ſubeant: aut recto itinere ad conditū ſequātur. Sane admodū pueri ⁊ admodū ſenes ideo impotentes memorię ſunt: qđ in motu cōtinuo verſant̄. Pueri ppter natiuū cremētum. Senes ꝙ aſſidue minuuntur. Nam in pueris ⁊ illa ratio eſt: ꝙ per aliquot annos ſimiles nanis exigunt.

⸿ Peroratio. Cap. XXI.

De memoria ⁊ qd ſit meminiſſe recordariq;: ⁊ de tota ea natura: ⁊ de parte aię cuius illud officium eſt. Itē de reminiſcētia: ⁊ quid ſit reminiſci: ⁊ memoria quēadmoduz redintegret̄ repareturq; amiſſa: ⁊ vnde pficiſcat̄ dictuz.

⸿ Hermolai Barbari. Z. F. Patritij Veneti in librum de ſomno ⁊ vigilia Themiſtij ad Hieronymum Donatum. A. F.

Optaui tecum eſſe mi Hieronyme his diebus: quibꝰ interpretationi noſtrę in paraphraſim Themiſtij ſūmam manum impoſui: vt coram cōmunicare tibi omnia ea poſſem: ⁊ qđ tuū in his iudicium eſſet pręſens intelligerem. Ac legiſti tu quidem olim hęc ⁊ qđ meminerim probaſti. Sed ſiue in peius effinxi: ⁊ vt ille inquit ab archetypo decidi: ſiue diſpēdiū limę nō nihil profecit: certe in totum alia ſunt ē quę vidiſti: ꝙ ſi affuiſſes tu: periculū nō erat: vt ab his quę cōmutaſſem detraxiſſemue laberer. Alioquin in hęc impēſius ſtudium cōtuli ē volebam. Proinde nō dubito futuros: qui noſtrā diligētiaz cauillent̄ quaſi tantū curę argumentum ambitus ſit: ⁊ magnę alicuius de ſe perſuaſionis q̄ profecto in me nō ſunt. Nam ſeu ꝙ ſcimus hęc anteludia q̄daz ⁊ quaſi crepundia eſſe ingenij noſtri: ſeu ꝙ maiora in hoc genere cogitamus: dici non poteſt: ē in his nec ſatiſfaciam mihi: nec placeam. Sed vtinam multoꝝ error aut ſtirpitus velli aut alleuari poſſet: quibus cuz ſe peripateticos bonos appellēt q; infantiſſimi ſint: nec latine loqui ſciant: nec gręce (vt ē leuiſſime dicam) tam conuenit cum ea familia: ē his qui multis ſęculis ante Ariſtotelē fuerunt. Certe partim fando aſſiſtēdoq;: partim ſcribendo ⁊ cōmentando daremus operam: vt quātum in nobis eſſet recognoſcerent ſe: ⁊ intelligerent eos qui a phyloſophia eloquētiaz ſeparāt minutos plębeioſq; ⁊ plane ligneos phyloſophos haberi. Nunc perſuaſio ea tam alte dedita in venas eſt: tam pertinaciter inhęſit in viſceribus: tam difficilē callum obduxit: vt ne diu nos qui nec auctoritate valemus: nec fere in doctrina quicquā promouimus: ſed quāuis ēt abſolutiſſimus: ⁊ qui oīa ad manum innumeratoq; habeat: tantas radices ſuccidere aut medicinā adhibere ęgritudini taz deſſletę nō poſſit. De quo quoniā plura paramus alia epiſtola: illud tantū dicturi ſumus: vt hortemur te: nō vt tu cum ſtudijs phię bonas litteras coniūgas: quippe in quo ne admonitore quidē eges: ſed vt alios iſtuc exēplo ⁊ ſapientia tua cōpellas. Nec enim ꝙ in quibuſdā deplorata res videt̄: ideo minus laborandū tibi eſt: tum ꝙ ſentētia Hippocratis qui conclamatis ⁊ deſperatis negat admouendas manus: ad morbos animi referenda non eſt: ꝙ ij nō ſemper incurabiles ſunt: tuz ꝙ vt ratio iſta cum his nihil proficiat: ab alijs certe peſtez illam defendet. Infinitū enim quātas iacturas facturę litterę ſint: ſi non habeant qui huic labi obſiſtat. Nos quidem tēpus omne qđ viximus ⁊ qđ deinceps deum voluntate victuri ſumus in illam curam deſtinauimus vt pro virili parte naturalis phia cum ſtudijs humanitatis in gratiam redeat. Vale. Libellū de ſomno ⁊ vigilia: quē ad te vertimus: ſcio tibi pro tua in me beniuolētia nō ingratiſſimū fore. Venetijs. M.CCCCLXXX.

¶ Themiſtij paraphraſeos liber de ſomno ⁊ vigilia: interprete Hermolao Barbaro patritio Veneto.

¶ Queſtiones ad ſomnū ⁊ vigiliā pertinētes. Cap. I.



De ſomno ⁊ vigilia cōſideranda hec arbitror. Primum quid ſint ⁊ cui parti ⁊ poteſtati aīe reddita. Et vtrum ſoli anime cōmiſſa vt ꝓpuate eius affectiones: an ⁊ corpori ꝙqꝫ promiſcua. Et quā ob rē tributa aīalibꝰ ſint. Et vtrū vtrūqꝫ oībꝰ: an alteris hoc: illud alteri ſeorſum. Deinde qd ſit inſomniū: ⁊ quot ꝙ g dormiūt mō ſomnient mō nō ſomniēt. Itez vtrū ſomnient quidē ſemꝑ ſed experrectos memoria nō cōmittāt: an ſecus. Et hoc ſi eſt: quā ob cām ſit. Preterea ſint ne ꝑſcita aliqua animi geſcētis: nec ne. Et ſi ſint: qua ratione ſiāt vtrū ex eo numero ſint que agunt ab hoīe: an quoꝝ cā ſit aliqs deus aut nā aut temeritas.

¶ In eadē particula ſomnū ⁊ vigiliā collocari. Cap. II.

PRimum illud haberi pro explorato debet ad eandez aīalis partem ſomnū ⁊ vigiliā pertinere: tū ꝙ oppoſita inuicē ſunt: tū ꝙ ꝑuatio eſſe intelligit vigilie. Appoſita porro ⁊ extrema tam ꝙ artis ſunt: ꝙ que in nā ſpectant: in eodē recipi ſolēt: ⁊ eiuſdem ſubiecto affectiones vident. Exēpli grā. Integritas ⁊ obleſio: tēperies ⁊ intēperies: morbꝰ ⁊ valentia in eodē corꝑe ſunt. Pulchritudo ⁊ feditas in eodē mēbro cōſiſtunt. Firmitas ⁊ debilitas in eodē neruo cernunt. Viſus ⁊ cecitas in eodē oculo habent. Similis ⁊ in ceteris ſenſibus ratio. Itē clarius ex his que ſequunt liqbit. Nam argumēto quo vigilare aliquē cognoſcimus eodē ⁊ dormire dephendimus. Vigilantez ſane cognoſcimus: aut qꝛ externo ſenſu aliquo: viſu: auditu: olfactu pellat: aut qꝛ inteſtina rōcinatione cogitatione imaginatione. Senſus ꝟo vice habitus eſt. Inſenſibilitas vice ꝑuationis. In eodē igit ſubiecto locanda hec ſūt. Ex quo illud qd volebamus conficit ſomnū ⁊ vigiliam eodem ſubiecto ſtratoqꝫ contineri.

¶ Somnū ⁊ vigiliam affectiones eſſe corpori ⁊ anime cōmunes. Cap. III.

QVom aūt ſentire ipſum neqꝫ aīe neqꝫ corporis ꝓpriū ſit. Nam ad idē genus tum actus tū potētia pertinet: ſenſus aūt qui in actu ſit: eſt quidā aīe motus interuentu ⁊ comitatu corꝑis cōualeſcens. Manifeſtū eſt: affectionē hanc: dico ipſum ſentire: nec ꝑ eculiarē aīe eſſe neqꝫ itez corporis ꝓpriā: quādoquidē corpus inanime nullā ſentiēdi vim obtinet: ſed ſūme ꝑmixtionisqꝫ. Porro quō vires aīe habeant diſtincte: ita vt alterius abiuncta a reliqs ſit: reliquē ſeorſum ab hac non poſſint ꝯſiſtere: certū eſt ea ꝙ augent mō ⁊ minuunt vt arbores: dormire ⁊ vigilare nō poſſe: qꝛ ſenſu deficiuntur: de cuiꝰ momētis nā ſomni ⁊ vigilie dependet. Naz ſenſus a rōne vitali: que ⁊ vegetalis dī eſſentia: ⁊ poteſtate interſtitio plurimo ⁊ manifeſto deſpeſcit: et ſi nō id ꝯſtaret: vtrū ſubiecto ⁊ magnitudine differēt.

¶ In animalibus omnibus ſomnuz ⁊ vigiliam vtribus contingere. Cap. IIII.

NAm mihi a lunari circulo caducuz ſubceliſiuūqꝫ ⁊quot ſi ſomni ⁊ vigilie capax ſit: aut ſemꝑ dormiat aut ſemꝑ vigilet: ſed vtrūqꝫ aīalibus ſingulis tributū a nā eſt: nulluz oīno animal pari eo caret: ſz tantū inanima. Quom de aīalibꝰ loqmur: ſemper excipiunt diuina. Nā eoꝝ actio iugis eternaqꝫ nec triſtis oneroſaue eſt: ⁊ vigilia in his oīs contrarij eſt expers. Nam ſomnus ⁊ vigilia vt ſepe alīs diximus affectiones ſūt circiter cor: vbi domiciliū optimatis ſenſus locat. Preterea quecūqꝫ nālez aliquā functionē habēt: ſimul paulo plus laborant ꝙ ſua cuiuſqꝫ nā patit egritudinē ſentiunt: cūqꝫ ꝑterea opari non poſſint dant manus ⁊ remiſſionē: quaſi laboris merent. Nam ⁊ veterina ſarcinis: ⁊ vie ſpatio defecta offendūt ſe terre: nec loris vllis aut fuſtibꝰ ad ingrediendū exurgunt. Legēdo: ſcribēdo: edificādo: demū agēdo qdlibet: aut ꝯdēdo: laſſitudo: ceſſimꝰ: ⁊ motū ſemꝑ ſubſequit ⁊ excipit reges. Poſtremo oculi: aures: manus: pedes: ⁊ reliq partes officiales aliquādo a muneribꝰ queqꝫ ſuis ceſſant. Cōtinenter gerere ⁊ adminiſtrare nō poſſunt: ſz ſpatio exacto in quātum vires coꝝ durare ⁊ ſufficere operi poterāt: vacationem quādam feriarū vice impetrāt. Ceterū quom ſomnus vigilie ꝯtrarius ſit. Contrarioꝝ ꝟo que interſtitio careant: ⁊ ꝙ ſibi per priuationē ⁊ habitū reſpōdent: ſi alterum abeſt: alterū adeſſe ſit: ſequit vt dormire animalia oporteat quoties nō vigilant. Quāobrez quēadmodum morbi aliqui peruigiliū ⁊ inſomniū afferunt: nam cōperti ſūt qui nouem dies expertis ⁊ incōniuis oculis egerint: ⁊ quēadmoduz hoc idem ſepe citra egritudinē accidit: vt gracilentis ⁊ ꝑaridis: qui nature ſue ratione longas vigilias patiunt: ita ſomni copia interi inualētibus: iteri valētibꝰ ꝯtingit. Naz ex his qui febre tentant inuēti aliqui ſunt: quos altus ſopor in iuſtū triduuz attinuerit. Paruuli ꝟo tū ꝓpter cibos iunctūqꝫ: tum ꝓpter humorem infantilis etatis longiſſimo ſomno vtuntur. Hec ſi ita ſunt: quicqd ſomni capax eſt idez vigilie particeps ⁊ retro. Nam ſi ſomnus ꝙdam affectio eſt: ⁊ quaſi nodus ⁊ vinculū ſenſus: ſenſus aūt omnis ſentire actu pōt. Omnis ꝟo potentia aliquādo in actum refertur. Neceſſarium eſt: vt id qd dormit: ⁊ qd potētiā habet vt vigilet excitet: oīno ⁊ actu euigilet. Ita nullus ſit ſōnus ꝙ nō poſſit rūpi ⁊ ꝙ vt ita loquar expgiſcibilis nō ſit.

¶ Quamobrem animalia omnia dormiant plante non dormiant. Cap. V.

ANimalia certe omnia Pedeſtria Volatilia Nantia ſomno participāt. Nam aquatiliū genera: ⁊ ea ꝙ molli cruſta integunt ſoporari cernunt: ⁊ ꝑterea quecūqꝫ oculos habent. Nam ⁊ qbus corneoli ꝑduriqꝫ ſunt ⁊ inſecta dormire indicio ſilentij ⁊ conticeſcentie credā apparet: quāquam exiguū quidā talia: ita vt nos lateant plerūqꝫ. Utrum ꝟo ea qbus ſcilicet teſta obducit: dormiant: nemo quidem adhuc ꝙ ſciam fuit: qui viderit aut argumēto aliquo notauerit: ſed ratione tamē perſuaderi id poteſt. Nam animal eo ſinimus ꝙ ſenſuz obtineat. Somnus ꝟo imobilitas ⁊ quodāmodo pedica ⁊ obligamentuz eſt ſenſus. Contra exolutio eius vigilia eſt. Nō habent vices has plante: qꝛ vbi ſenſus non eſt: ibi neqꝫ ſomnus eſſe neqꝫ vigilia poteſt: vbi autē ſenſus eſt: ibi dolor ⁊ voluptas: vbi dolor ⁊ voluptas ibi cupiditas. Plantis nihil hoꝝ poteſt concedi. Nulla enim ratio eſt que cogat fateri

dolere has:oblectari cõcupiſcere aut ſentire. Neqꝫ itez queçũqꝫ aleſcunt:neceſſario etiã ſentiunt. Quãquaꝫ cõtra eſt queçũqꝫ ſentiunt vt neceſſario etiã aleſcãt. Sed queadmodum ſepenumero docuimus alimẽta hęc quibuſdam habent: vt plantis. Hoc vero demonſtrat ea ratio:ꝙ vis quę nutrit munus ſuũ navius ⁊ expeditius cõ ſopitis ꝙ̃ vigilantibus nobis abſoluit. Nam eo tẽpore probius ⁊ alimur ⁊ corpulentia ꝓficimus: vtpote: vt q̃s actiones nihil adminiculentur ſenſus.

❡ In ſomno oẽs ſenſus haberi imobiles. Cap. VI.

NUnc diſſerendũ videt̃: quãobrem dormiat ⁊ vigilet aial: ⁊ ſꝫ quos ſenſus. Si ſm plures eſt: aut ſi ſm vnuꝫ: quiſnam illic vnus ſit: de quo ſomnus: aut vigilia pendeat. Sane quom animalium quibuſdam omnes ſenſus: quibuſdã nõ omnes ſed guſtus ⁊ tactus ſunt: eſt enim latiſſime fuſus ⁊ maxime cõmunis omnibus tactus: vt in libris de anima dictuꝫ eſt: fieri autem non poſſit vt dormiens animal vllo ſenſu vigilet: manifeſtum eſt animantes omnes in ſomno affici oportere codeꝫ modo .i. ſumma illa imobilitate ⁊ inſenſibilitate offundi. Nam ſi dormiẽti auditus in miniſterio ⁊ officio ſit: viſus non ſit: erunt ſimul in eodem duę res pugnantiſſimę: qꝛ ſcilicet dormiens aliquis ſentiet: quod impoſſibile eſt.

❡ Soporem tactus ⁊ immobilitatem ſenſus cõmunis cauſam eſſe ſomni. Cap. VII.

ILlud nunc lubet quęrere: vtrum ſenſus omnes ęqualiter ſopiantur in ſomno: an ſit pręcipuus aliquis: quo ceu ſoporato potiſſimum dormiat animal. Nũ hoc vni duntaxat tribuẽduꝫ tactui eſt: qui ⁊ maxime neceſſarius ⁊ natura longe ꝑmus eſt ſenſuũ: ⁊ qḋ amplius eſt idem ſubiecto cuꝫ ſenſu cõmuni. Nã quom natura ſingulis ſenſibus certa quędã munia penſaqꝫ imperarit: oculis vt intuerentur: aurib⁹ vt auſcultarent: ⁊ cęteris quibuſqꝫ ſua: quõqꝫ non ſoluꝫ peculiariter hęc ſenſibus intũperit: ſed in cõmune quoqꝫ rationem quãdam in omnes ſparſerit: qua ⁊ videre ⁊ audire ⁊ demum ſentire ſe ſentiant: non enim viſu videre nos videmus: nec viſu enuntiamus: aut guſtu diſtare dulcedinem a calore: neqꝫ ſeorſum neqꝫ ſimul vtroqꝫ ſenſu: ſed particula quadam cõmuni quę adiuncta ſenſibus omnibus ſit: quam ſimpliciter ⁊ proprie ſenſuũ cõmunem vocamus: hęc autem vna proprie eſt: etiam ſenſorium eius vnum. Uerum quãquaꝫ hic ſenſus vnus eſt: tamen ratione in plures hiat: qꝛ in tot diſtrahitur quot genera ſubiecta ſigillatim quinqꝫ ſenſuũ habentur: nam calor a ſono euariat ⁊ ab vtroqꝫ odor ⁊ ſapor. Ineſt vero ſenſus cõmunis primuꝫ ⁊ maxime in ſenſu tactus: ꝙ ſolus hic ſeorſum a cęteris ſeparatus ſpectatur: ab hoc cęteri non ſpectantur de quibus omnibus affatim in voluminibus de anima explicatum eſt. Poteſt tota ratio ſic concludi ſomnum ⁊ vigiliam ad ſenſum cõmunem ⁊ ad eius ſenſoriũ pertinere: ideſt ad ipſum cor. Et quõ ſenſus cõmunis ſubiecto idem cum tactu ſit: neceſſe eſt vt aialibus omnibus vigilia ⁊ ſomnus cõmunicari dicat̃: qꝛ tactus quoqꝫ vt dixi cõmunicatus oibus eſt.

❡ Impotentiam omniũ ſenſuũ non eſſe ſomnũ: et ſi omnes ſenſus in ſomno impotẽtes reddunt̃. Cap. VIII.

MOro ex his quę ſequunt̃ certiſſimum fiet: ſomnum nõ eſſe requiem ⁊ pigritiam ſenſuum omnium: ſed ſolius tactus: hoc ita intelligitur. Si non eſt neceſſe vt ſenſus omnes ſimul in opera ſint: eodeꝫ modo non videtur neceſſe vt omnes ſimul ferientur. Sed enim primum patet: nihil enim cogit is qui non videt vt etiam audiat: aut qui guſtet vt ſimul etiã olfaciat: igitur ⁊ 2[m]: pręſertim quom propenſior ratio videatur eſſe: vt ſimul omnes operentur ꝙ̃ vt ſimul quieſcãt. Si ergo qḋ potius ius habet vt ſit neceſſarium nõ eſt omnes ſenſus ſimul pelli: ne illud quoqꝫ multo magis: cui deterius laceſſituqꝫ eſt omnes ſenſus ſimul immobiles quieſcere. Quãquaꝫ vero hoc ita eſt: tamẽ tactu ſopito neceſſe eſt conſequio reliquos ſenſus conſopitos eſſe: nec eo valet hoc: vt ſoporationem omnium ſenſuũ cauſam eſſe ſomno dicamus: ſed ſolius tactus. Nã quõ princeps ſenſuum ⁊ quo cęteri referuntur afficitur: neceſſario ⁊ ſatellites eius affectioni accumbunt. Cõtra ſi illi afficiantur non continuo neceſſe eſt: ſenſum principem conſentire. Illud vero argumento eſt ſomnum non ea re conſiſtere: ꝙ ocioſi omnes ſenſus ſint: qḋqꝫ ij act⁹ ſuos exercere non poſſunt. Quom eniꝫ quis animo linquitur ⁊ iacet lmorauum: qḋ genus lipopſychiam: ideſt defectum animę appellant: quãquam ⁊ hoc nexus quidaꝫ ⁊ impotẽtia ſenſuũ videtur: non tamẽ dici ſomnus poteſt. Idem in delirijs ⁊ furore contingit vt accedente morbo nõnulli neqꝫ videant: neqꝫ audiãt ſępe: neqꝫ omnino aliquid ſentiãt: alioquin nõ ſęuirent in corpus ſuũ: nec carnẽ ſuam dentibus peterent: ſi ſenſum aliquẽ haberent doloris. Pręterea duabus venis in collo: quę a iugulo vbi ſcindunt̃ caput ſubeunt: foris valide app̄henſis collabunt̃ homines ſenſibus ereptis: nec tamen dormire dicunt̃. Proinde impotentia ſentiendi nõ ea: quę in cęteris ſenſibus ſit: qꝛ ⁊ orbata deminutaqꝫ ſenſibus ſentire nõ poſſunt: nec tamẽ dormiũt: neqꝫ ea quę ex aliqua iniuria aut morbo cõtingat: ſed queadmoduꝫ ſum teſtatus ea quę in primo ſenſorio cõtineat̃ .i. in corde: vbi primus eſt ſenſus: quę tum ex laſſitudine aliqua tum ex longa excubia ſubſequi ſoleat: nimirũ talis impotentia ſenſuũ ꝓprie ſomnus eſt. Naꝫ quom ſenſoriũ illud cõis ſenſus impotẽs: ⁊ incontinẽs ſui reddit̃ neceſſario ⁊ cęterę officinę laſſant̃: non e diuerſo.

❡ Quis finis: qḋ agens: q̃ forma: q̃ mã ſomni ſit. Ca. IX.

HIs ita conſtitutis quęrenda cauſa eſt ꝓpter quaꝫ dormire animalia ſit neceſſe: ⁊ qualis iteꝫ affectio ſomnus ſit. Ac quattuor quidem cauſaruꝫ genera in naturalibus libris enumerauimus. Finalem cuius gratia omnia conſiſtant ⁊ fiant. Agentẽ vnde oriatur ⁊ inſtituatur motus. Rationariam quę rebus naꝫ ſuam ⁊ ſpeciem largiatur. Materialeꝫ ex qua inſita cõſtitui ⁊ generari omnia ſoleant. Somni igitur cauſę hę ſunt. Finis. Salus. Et conſeruatio animalis. Agens ſpiritus vitalis qui in corde eſt. Materia vapor qui caput ſubierit: deinde in locum inferioreꝫ defluxerit. Forma ſitus ⁊ diſpoſitio illa membroꝝ ⁊ partium corporis: q̃ in dormientibus extra intuſqꝫ cernit̃.

❡ De cauſa finali ſomni ⁊ neceſſitate eius. Cap. X.

PRimum quõ natura nihil cõmittere fortuito: ſed ſuper agere gratia alicuius ſoleat: quietẽ vero vtilem eſſe atqꝫ adeo neceſſariam animalium vitę conſtet: qꝛ continue moueri cuꝫ voluptate non poſſunt. Manifeſtum eſt ſomnum ad incolumitatem fuiſſe animalibus iunctum ⁊ ad quietem. Unde vaga ⁊ vulgo etiã recępta tranſlatio eſt: vt ſomnus quietis nomine indicaret̃ quaſi veritas ipſa ita plane cogeret. Uigilia vero maxime finem attingit. Naꝫ ſentire ⁊ ſapere finis omnibus e ſt: quibus vtrum eorum cõpetit. Utrũqꝫ

enim

enim optimum eſt. Finis autē eſſe optimum requirit: brutis ſenſus: homini ſapientia ⁊ prudētia finis eſt. Uidetur ꝟo neceſſarius eſſe animalibus omnibus ſomnꝰ: non quidem ſimpliciter: ſed neceſſitate illa quā ex poſito ⁊ ex adiunctione vocauimus. Uerbi gratia: extra quā ſi perire ſatius his eſt: ſi enim animalia eſſe debent. ⁊ naturam ſuam ſeruare: neceſſario quędam adeſſe his oportet: quibus poſitis alia ſubinde adiungenda ſint. Nam ſi conſtituatur quid animal eſſe: neceſſe eſt vt alatur: quo conceſſo neceſſarium eſt e cibo vaporem ſuſtolli: e quo neceſſario conſequitur ſomnus.

¶ De cauſa agente ſomni. Itē omnis motus principiū eſſe cor habentibus ſanguinem ⁊ carentibus quiddam vice cordis ⁊ ſpiritum interiorem. Cap. XI.

NUnc dicendū eſt quo motu actioneue corporis eueniat animalibus: vt aut dormiant aut vigilent. Demumqꝫ de tota ratione agentis cauſę diſſerendū. In quo ⁊ prolixiuſculi erimus: ac primū quidem admoneri noſcentes hęc velim. Omnia animalia ſiue ſanguinem habeant ſiue exanguia ſint: aut eandē aut perſimilē cauſaꝫ ſomni habere. Quāobrem quom de ſanguineis: vtpote iunctioribus ⁊ cognobilioribus diſputauero: cōmuni ratione de omnibus obiter diſputatum ⁊ peroratum putent. Principium ſenſus eadem parte proficiſci: qua ⁊ principium motus: demonſtratū ſupra eſt. Principium ꝟo in animali locus is videtur: qui inter aluum ⁊ caput medius ſit. In his quę prędita ſanguine ſunt ea pars quę circum cor eſt locum mediū obtinuit. Quęcūqꝫ autē ſanguinē habent: hñt ⁊ cor. Eſt igiꝛ ſentiendi ⁊ mouendi principium cor: in quo ⁊ ſpiritus vitalis ⁊ refrigerationis principium continetur. Uidetur enim natura refrigerationem in humido ⁊ reſpirationem ornaſſe ad calorem eius partis temperandū ſeruandūqꝫ: de quo ſeorſum in loco docebimus. In his ꝟo quę carent ſanguine: ⁊ inſectis: ⁊ his quę nō reddūt nec accipiunt halitum: ſpiritus quidaꝫ interior additus non in corde: ſed in eo quod ęmulū cordi eſt: qui attolli vicibus ⁊ ſubſidere cernaꝛ. Atqꝫ hoc maxime depręhendi poteſt in his: quę generis totipennis ſunt: qualia veſpę apes ⁊ muſcę. Nam diuulſis diſſectiſqꝫ his: pars quę proxima pręciſamēto eſt modo dilatatur modo cōtrahiꝛ. Qm̄ autē animal nec mouere quicꝙ̄ nec moliri ſine intentione viriū poteſt: intenduntur autem vires preſſo ⁊ incluſo ſpiritu exteriore: neceſſarium eſt: vt aial qđ ſpiret vires illa ſibi extrinſecus corroget. Qđ ꝟo nō ſpiret: intrinſecus: vnde inſecta ea quę pennata diximꝰ: quoties ſe mouent qđdaꝫ murmur ędunt: quod aura illa his incluſa intus manēte ſonanteꝙ̄ accidit. Hanc. n. quoties atterunt ad membranam quę ſepto tranſuerſo ſubdita cinctū corporis determinat: bombos illos volando elidunt. Ita ſonus agitatu interioris ſpiritus non anima aut ſpirabilibus vllis viſceribus redditur. Sunt tamen quę attritu exterioris aeris ſonent: ſed ea tantū quę ſciſſuram ſub pręcinctu continent.

¶ In corde vigiliam ⁊ ſomnum oriri eiuſqꝫ affectiones eſſe. Cap. XII.

CIentur autem omnia animalia aut ſenſu familiari aut peregrino. Familiarem ſenſum appello: qui interno motu tanꝙ̄ e domo promptus abſoluitur: qualis quom ſimulachris quę intra nos habentur: impellimur. Peregrinum ſenſum voco qui extrinſecus inuehitur: ⁊ a generibꝰ exterioribus venit. Ex his arbitror conſtare ⁊ quo in loco ⁊ quę pͥmū particula ſomnus ⁊ vigilia contingere videantur. Nempe in illa cuius affectiones hę ſunt. Porro cordis affectiones ſunt: ac dormientes quidem agitatione cordis quadam mouentur. Ideoqꝫ ⁊ pleraqꝫ agunt qualia cum vigilant ſolēt: quod certe ſine viſione aliqua aut ſenſu nō poſſet contingere. Nam ſomnium quodāmodo viſum ⁊ ſenſum quiddā eſt. De quo inferius tractabitur. Sed vnde nam ſit vt ſomno excuſſus experrectuſqꝫ inſomnia memineris: ſed quę per ſomniū ſimilia vigilantiū operibus geſſeris: non memineris: declaratum in problematis eſt.

¶ Quemadmodum cibi conuertantur in ſanguinem: de quo ſcire opꝫ qꝛ pręcipua rō ſōni ſunt cibi. Cap. XIII.

HIs definitis cōſequēs eſt: vt qua motione aut vñ ſomni ⁊ vigilię animalibus cōtingant aperiaꝛ. Fortaſſe enim hic locus cauſam agentē ⁊ materialem facilius ⁊ diſtinctius monſtrauerit. Clarū eſt oportere animal ſimulatqꝫ accipit ſenſum tum primū ali ⁊ creſcere in eo ꝙ animal. Naꝫ qđ intra vterum partus eſt: enutriꝛ quidem ⁊ creſcit: non tamen vt animal: ſed vt planta. Quom autem accedit ſenſus: tunc primum (vt dixi) nutritur ⁊ augetur vt aial. Nam anima ſenſualis ⁊ poſterior aduenit. Plane alimentum eſt id: qđ ex concoctione poſtremum ⁊ nouiſſimum ſubſidet habentibus ſanguinē ſanguis: carentibus ſanguine: qđ vicem ſanguinis prębeat. Conceptacula ſanguinis ſunt venę: initium venarū eſt cor. Atqꝫ hoc ex cōmentatione diſſectionū liquido iudicatur. Deuoratus enim ⁊ ingeſtus per os cibus indeqꝫ in locos ſuos. ideſt in inteſtina ⁊ ventriculū collatus euaporatur ⁊ ſurſum reſpirat per venas: per quas deinde pmanat ad iecur: in iecinore mutaꝛ ⁊ iā ſanguinis tingiꝛ: a iecinore influit ⁊ ſubit ad cor: in corde vinciꝛ ⁊ cōficiꝛ pleniſſime: inibiqꝫ in ſanguinē perfecte cōuertiꝛ. Ac venę qdē alię cor adeūt: alię a corde pueniūt. Uenę quę adeunt cor: tanꝙ̄ miniſtrę ac gerulę ſunt: vt q̄ a iecinore ad cor incoctū ⁊ iperfectū ſanguinē cōuehāt: quē cor ſuſceptū ſuaui meracū ⁊ abſolutū ſanguinē reddit. At venę q̄ a corde ptinēt cōparatę ad aliū vſū ſunt: videlꝫ vt ſuccꝰ p eas ꝯcocꝰ iā pfectuſqꝫ in totū corpus diſtribuaꝛ atqꝫ dedaꝛ. Sane de hoc copioſe agiꝛ in libro de alimento. Nunc in trāſcurſu attinguntꝛ vt pͥnꝰ motionū eaꝝ de qͥbus mō queriꝛ: ⁊ vt qͣnā illud ſit quo vis ⁊ potio ſenſibilis affecta aut ſōnū aut vigiliā miniſtrat: planiꝰ ſciatur. Nec eniꝫ ſomnꝰ quęcūqꝫ ipotētia ⁊ ereptio ſenſuū eſt: vt retro oſtendimus: argumento eorum qui dementarent aut deficerēt animo aut in ſtrāgulatione ⁊ aſtrictione venarum iugularium viderent intermori: nā in oībus his intercepti ſenſus ſūt: nec tñ obdormiunt.

¶ An imaginatio eoꝝ qui linquantꝛ animo videri inſomniū poſſit: ⁊ an morbꝰ ipſe ſit ſomnus. Cap. XIIII.

IAm quom accidat aliqñ vt ōfeſſi animo videre aliquid ⁊ imaginari dicantur cōtrouerſiam hꝫ locꝰ: quia ſi cōtingit dormire eū qui ita linquiꝛ: vtiqꝫ poteſt ꝯtingere: vt imaginatio illa ſit ſomniū: ſed enim pͥmū nō eſt: neqꝫ igitur zm. Naꝫ illud cōſtat quāquā nō ſemp nec oīum tamen maiori ex parte ⁊ complurium: quę in ſomnys viderimꝰ excitatos nos comitari ſolet memoria. Qui ꝟo tēpore quo morbo illo corripitur imaginatus aliqd eſt: demū recreatꝰ nihil oīno cōmeminit. Porro multa dicūt: qui ita vehemēter tentantur: ⁊ qui extinctę animę ſpecieꝫ prębent: quorū nihil vt dixi reuiuiſcētes exuſcitatiqꝫ recordantꝛ. Quā

obrem viſiones eas ſomnia putare nō poſſumus. Nec ipſam egritudinē ſomnū. Idem ſentiendū de his qui delira fantur: ⁊ qui cōpreſſis iugularibus venis preſocati moribundiq́ʒ corruunt. Et q2 qđ ſepius dixi nō ois intercaptio aut impotentia ſentiendi ſomnus eſt: ſed ſolum ea quā diuaporatio alimenti cōmittit.

Quando incipiat dormire animal: ⁊ quando perfecte conſopitum dicatur. Cap. XV.

PLane neceſſe eſt id qđ in vapores ſoluitur tabeſcitq́ʒ aliquatenus ſuſtolli: deinde redit um capeſcere ⁊ ad inſtar euripi refluere. Nam omne calidū in ſublime nā effertur. Eo loci refrigeratur a cerebro ⁊ cōſiſtit: mox reciprocat ⁊ deſcendit ad cor. Refrigerato eius feruore ſomnus obrepit. Ita efficitur vt ſomnus maxime a cibis proficiſcatur. Nam alimonia ad ſūmum caput viam molita q̄diu fluxum cerebro immiſcet: attentat ⁊ aggrauat. Hinc ſalebre ille verborum incerte: hinc oculos nare: caput vergere: erigēdi ſe facultatem auferri cōtingit. Cum vero iam cōmeant cibi ⁊ incidentes cordi calorē eius irrigant: a quo ſemp vis illa humifica ⁊ corpulenta in caput leuatur: tum pfundo ſomno demergamur ⁊ altū ſoporē ſtare incipimus. Quā vero humentia ⁊ corpulenta genera grauedinoſa ſint capiti: inditium illud eſt: qđ quibus ineſt vis ſomnifera: eandem grauedinē capiti afferunt: craſſitudine humoris eius: qui ſurſum reſpirat: ſeu poculenta hec ſint: ſiue eſculenta: vt papauera/ mandragore/ themetū/ proſlat⁹. Ergo hunc in modū ſomnus venit: maxime a vino ⁊ a cibis: iccirco q2 multa exhalatio eſt que ididē attollit̄.

Labores ⁊ morbos ſomnū inducere. Item paruulos plurimum dormire ideoq́ʒ frequenter incidere comitialem morbum. Cap. XVI.

ALiquando ⁊ fatigatione multa p̄tentamur ſomno: cui⁹ ea ratio eſt: ꝙ labor diffundit in quedā nobis tabeſcere facit que vicem incocti alimēti prebent: niſi colliquamentū id frigidum ſit. Ita inteſtinoꝝ calor qui ex attritu laboreq́ʒ exprimitur irrecrementa quedā emolit: que ad ſuperiorē locū redundantia ſomnū inducunt. Interdum ⁊ morbi hoc faciunt qui ex humidis ⁊ calidis excremētis ꝯualeſcūt: qđ genus in febre ⁊ lethargo cernimus. Homo genitus p̄mit̄ ſomno p aliquot dies: ⁊ infantia magis q̄ꝫ etate aliarcuius ratio ea ꝙ tum alimentū omne ſurſuꝫ halat. Hoc adeo declarat caput in paruulis: qđ portione partium inferiorum maximū eſt: quaſi neceſſe fuerit ea mēbra capacitate auctiſſima eē: in que plurimū alimonie cōderet̄. Atq́ʒ hec cauſa eſt: quāobreꝫ hec etatula morbo comitiali opportuna ſit: eſt eniꝫ peſtis ea perſimilis ſomno: ꝙ ⁊ qui dormiūt ⁊ qui ita corruunt ceſſante aīa ⁊ ſenſu erepto viſuntur. Hinc origo eius morbi per ſopore fere accidit: ⁊ qui infecti eo ſunt in ſomno frequētius q̄ꝫ in vigilia collabunt̄. Propterea ꝙ cū effluentia illa que in ſomno ſurſum effertur loci ſuperioris vi conglaciās ritu eſtus reciprocat: ſubdeq́ʒ alius ſpiritus continuo ſuffitu alimenti copias miniſtrātis attollit̄: neceſſe eſt concurſu hoc venas inflari: deinde obrui ⁊ obturari meatus ac ſemitas anime. Hec intercluſio ⁊ inſtrāgulatio officij ſpiritalis ſonticus ⁊ diuinus morbus eſt. Quom igit̄ in puero ſuperiora oppleta cibis ſeu ſpiritu ex cibis expreſſo collectoq́ʒ habeantur: temperandum his vino eſt: quia ſpiritoſuꝫ ipendio ſit preſertim attrū ſed nec nutricibus prebendū. Nihil enim intereſt nutrices an alumni hauriant: niſi dilutum ⁊ modicum ſit.

Uſq́ʒ adeo autē ſuperiora pueri plena cibo continent: eoq́ʒ vt diximus incremento eius partis exuperant: vt longo tempore caput ꝯtinere nō poſſint: ſed q̄uq́ʒ menſium ſpatio collū rigiduꝫ ⁊ inflexibile habeant. Plane pueri ſimiles ebrijs videntur: qđ in vtriſq́ʒ larga humoris copia ſuperioribus ſe immiſcet. Eadē rō ꝯuenire pōt: quāobrem initio fetus geſcere intra p̄tē videant̄.

Quot qui venas conditas habent. Item quot nani ⁊ pueri ſomnolenti ſint. Cap. XVII.

IN plenum ſomniculoſi ſunt q incertas ⁊ ꝯditas venas habent: ⁊ qui capite pregrādi ſunt ⁊ pomilionū genus. Priores q2 pretenues ⁊ anguſti in his meatus: per quos a capite remeat ſpūs: facile obſtipant̄ addaggeranturq́ʒ. Exigua eniꝫ ⁊ parua modicis acceſſionibus muniunt̄. Propterea frigefactis venis: naꝫ ⁊ ventres oppleti frigeſcunt: neceſſariuꝫ eſt: vt eo loci ſmoretur ſpūs: donec ſe calor colligat qui alimentum diſſipari diffundiq́ʒ faciat. Quanto igit̄ hic diuti⁹ in venis manſitat eo ſomn⁹ diuturnior ſit opꝫ. Quemadmodū enim aqua per fiſtulas graciles ducta guttatim ⁊ lente decurrit: per amplas miſſa celeriter effluit: ita ⁊ ſpūs ille corpulentus per arctiuſculos meat⁹ egre tranſmittit̄. Hac de cauſa ſomniculoſi ſunt quorū vene ſunt cōdite. Nani vero ⁊ quoruꝫ vaſta ſunt capita: iccirco premuntur ſomno: q2 multa in illis euaporatio eſt: que ſurſuꝫ ad caput feratur: magna enim capita exiguo alimento non implentur: neq́ʒ paruis copijs ſaturantur. Ergo quom multa ſit materia que in capite collecta eorum eſt: ſequit̄ multū eſſe: qđ decidat ⁊ refluat. Porro vis tanta calore eo: a quo in caput relata eſt: tarde vincitur ⁊ ſero percoquitur.

Quot melancholici parum dormiant ⁊ multum comedant. Cap. XVIII.

HI autem quorum edite ⁊ conſpicue vene ſunt pꝑter amplitudinem ⁊ latitudinē vnitatū ſoporulenti eē non poſſunt: niſi quid incidat qđ temperiē cōtrariā inducat neq́ʒ item melancholici. Nam quom natura eorū pregelida algioſaq́ʒ ſit: euaporatio multa vi caloris inteſtini tolli nō pōt: hinc ⁊ edaci auiditate ſunt quia ſicca ⁊ retorrida coꝝ temperatura eſt. Et preterea ſunt illis corpora ita affecta: vt quo veſcuntur nō fruantur: nec eat in corpus: ſed ſimilia videantur infelicibus lignis ⁊ que in regione arida ⁊ ſiticuloſa naſcuntur. Nam bilis atra: que naturalr̄ frigida eſt frigefacit ventrem ⁊ iecur que conceptacula nutrimenti ſunt: ⁊ alia loca in quibus humor hic redundat.

Quot contēplantes ſomnus inuadit. Cap. XIX.

AT vero qđ plerūq́ʒ accidit vt contemplantibus ſurrepat ſomnus: eā cauſam habet: ꝙ cum in motu ⁊ ſolicitudine cogitatio noſtra ſit: eoq́ʒ impediatur cōcoctio: neceſſe eſt craſſa eſſe euaporamenta que cōmeant: erit igitur ſomnus collecta copia interni caloris in corde: ⁊ naturalis reciprocatio pꝑter eas cāſ: que a nobis enumerate ſepius ſunt.

Quemadmodum animal dum dormire incipit alteraſcat. Cap. XX

QUom vero calor ad ima ſubterfugit frigeſcunt palpebre ⁊ frigefacte cōpei muntur ⁊ cōfluunt. Ita q̄bus palpebre ſunt conniuendo obdormiſcunt: nihil enim aliud cohibet/ mouet/ intempe rat/ regit in corpore q̄ꝫ calor. Frigēt igitur ſuperiora in

ſomno ⁊ circũquaqꝫ extrema corꝑis. Cõtra recaleſcunt
inferiores loci vt pedes ⁊ interiora vt viſcera ⁊ cętera
quę intrinſecus continentur.

¶ Quod ſomnꝰ refrigeratio quom ſit: cauſas tamen cali
das habeat: ⁊ quod homo ſolus quom dormit: ſternatur
iaceatue. Cap. XXI.

SEd dubitari poteſt quod a cibo ⁊
potu altiores ſomni
ingruant: ⁊ quod vina itez ſoporifera ſint ⁊
extera quibus eadem caliditas naturę ad/
eſt: quũ duo hęc ſibi coherere nõ videnť: vt
ſomnus refrigeratio ⁊ frigidus ſit: ⁊ cauſę nihilominus
ſomni ſint calidę. Solutio: an hoc eo accidit: ꝙ quẽad/
modũ ieiunus ⁊ inanis venter calidus eſt: ſaturatus fri/
get: ſuffocať enim ⁊ obruitur calor nimietate quemad/
modũ ⁊ ignis congeſtu lignoꝝ: ita meatus pertinentes
ad caput effluentia alimenti euaporãtis frigeſcunt: vbi
cibus denſatus ⁊ concretus deorſum vice imbris fundi
tur. Atqꝫ hoc cauſę eſt quod homines ex crapula potiſſi/
muꝫ attententur. Deinde quẽadmodũ aſpergine calida
perfuſi cõtinuo inhorreſcimus: quia frigus exterius cõ
duciť in vnum ⁊ ſuffugiente calore margines corporis
deſertas libere adoriť: ita illic aſcendẽtẽ calorem ad ca/
put frigiditas cerebri i ſeſe collecta: eoqꝫ iuuãtior ⁊ ani/
moſior facta ſũmis viribus aggrediť ⁊ quaſi in regno
ſuo compręhenſum retardat atqꝫ debilitat: ita cogit cõ/
creſcere. Poſtremo ſic acceptũ domo diuerſus expellit.
Adhęc quẽadmodũ macerie grandi poſita ignis reſtin
guiť: ita multo cibo ingeſto quaſi offunditur ⁊ exoleſcit
calor internus: nec ante erumpit ꝗ̃ paulatim ſubacta ⁊
ſublucata ſylua hęc ſit. Contingit enim ſomnus eo mo/
re quo dixi reditu. ſciliꝫ corpulenti humoris: queꝫ calor
in ſublime per venas leuauerit: nam quom nõ pot diu/
tius eo loci quo ſubẏt alimentuꝫ morari: ſed cõgelaſcẽs
aggrauanſqꝫ de arce capitis deductu ponderis ſui pel/
litur effici ſolet: vt primũ oculi marcentes ſomno deci/
dant: deinde ipſa animalia ꝯſiſtere veſtigijs nõ poſſint
ſed pedibus deuacillent ⁊ corruant. Nam calor q ſubre
ctos nos tenet in intima conuerſus deſerit. Ac homo q/
dem porrectus affuſuſqꝫ iacet cum dormit: ꝓpterea ꝙ
ſolus animaliuꝫ erectus incedit. Cadens ꝟo pmũ quaſi
externatur animo ⁊ ſenſum omnẽ amittit: deinde imagi
nationibus ⁊ viſis illudiť obumbraturqꝫ.

¶ Non omnes cauſas ſomni calidas eſſe: ſed aliquã eſſe
frigidiſſimam. Item partẽ cibi fluxiones mouere: par/
tem ſomnum facere. Cap. XXII.

SEd an ſolutiones hę vulgarię ⁊ futi/
les videntur nec ad veritatem:
potius ꝗ̃ ad ꝓbabilitateꝫ quandã ornatę.
illa ꝟo ſũmatẽ ⁊ ſolidam rationem dormi/
tionis attingit: quã nos modo executuri ſu/
mus. Cerebrum (vt ⁊ alı̃s diximus) frigidiſſimum com
paratione reliquarũ corporis partium animalibus eſt:
his quę eam obtinent partem: ⁊ his quę carent eo quod
vice cerebri ſubrogatur. Hoc igitur ſimile generationi
imbrium euenire intelligenduꝫ eſt quemadmodũ eniꝫ
quom ex aqua terraqꝫ humor exhalat: ⁊ vi ſolis efferť
in ſublime: vbi ſupernum aeris locum ſuburit: frigidi/
tate regionis eius concreſcit: demũ in aquaꝫ conuerſus
in terram defluit: ita vapor ad cerebrum viam capeſcẽs
primũ frigidus cõſiſtit: deinde cõcrementa ex eo in pi/
tuitam ⁊ ſaniem vertunť: ex quo ⁊ fluctiones mouentur:
quę ob eam rem ex capite oriri probanť. At ea pars ali/
menti quę nõ morbifica nec excrementia ſed frugi eſt
deſcendit: ⁊ calorem cordis delata ⁊ cõgeſta refrigerat.
Ad refrigerationem ꝟo ⁊ ad ſeram euaporationẽ graci
litas ⁊ exilitas ⁊ venarũ conducit: quę circiter cerebruꝫ
habentur: quibus pre tenuitate earũ minus caloris iun/
ctum eſt. Porro vbi calor deeſt frigus redundat. Et hęc
refrigerationis ſomniqꝫ vniuerſa diffinitio eſt.

¶ Quando animalia expergiſcantur: ⁊ quemadmoduꝫ
alentis ſanguinis efficiatur diſcretio. Cap. XXIII.

EXpergiſcitur animal quom pri
mum abſoluta ⁊
ꝓfligata concoctio eſt: quomqꝫ intimus ca
lor qui ambientis frigoris metu in anguſtũ
ſe contulerit tandem victis difficultatibus:
⁊ ſuperior factus e latebra emicat: qđ non ante accidit
ꝗ̃ ſanguinem feculentum ⁊ turbidum a mundo ⁊ pu/
ro diſcreuerit. Eſt eniꝫ tenuiſſimus ⁊ mundiſſimus ſan/
guis: qui cõmittiť capiti. Cõtra craſſiſſimus ⁊ corpulen
tiſſimus qui inferioribus partibus mandatur. Omis aũt
ſanguinis origo cor eſt: vt hic ⁊ alibi diximus. Ex tri/
bus ꝟo ſpecubus qui habenť in corde: is qui in medio
eſt: cõmunis efficitur vtriqꝫ extremo. Ac extremi qdeꝫ
ventriculi ſanguineꝫ ab vtraqꝫ vena recipiunt maiore
⁊ minore: que aborte appellať. Sũt eniꝫ duo hęc caue:
quibus ſanguis a iecinore incoctus ⁊ indigeſtus influi/
tur. In medio autem cordis ſinu diſcriminatio ſanguis
fit. Sed de his alio loco diſſerendum vberius eſt. Cęte/
ruꝫ ꝗ̃diu ſanguis ex cibo indiſcretus eſt ſopor infuſus
edurat: nec ante ſoluitur ꝗ̃ ſincerus ea loca quę diximꝰ
petiſſat. Turbulentus membris inferioribus rigetur:
quo facto animalia quaſi onere depulſo excitãtur ⁊ ve/
licantur e ſomno. Dictum eſt quę cauſa dormiendi ani/
mantibꝰ ſit corpulẽti ſciliꝫ vaporis naturali calore ſubla
ti reciprocatio ad principem ſenſuum. Dictum eſt quid
ſit ſomnus impedimentuꝫ ⁊ nexus primi ſenſoꝝ: ita vt
ſentire nõ poſſit: ⁊ quidem neceſſarius nexus quia con/
ſiſtere animal nõ poſſet: niſi eſſent pręſidia quibus tue/
ri ⁊ conſeruare ſe poſſet: inter quę pręcipuuꝫ eſſe alimẽ/
tum videtur: ex quo vapor exhalat. Dictum eſt ⁊ illud:
ſomnum animalibus exhibitum ad ſalutem: quę potiſ/
ſimum de quiete contingeret.

¶ Hermolai Barbari patritij Veneti. J. F. in paraphraſim Themiſtij de inſomnijs ad S. Ponticum facinum p̄fatio.

Dicaui. Pridem tibi vt noſti Interp̄tatiunculam de inſomnijs: qd̄ pro mea in te beniuolentia: ⁊ pro ea ſpe quam de ingenio ⁊ doctrina tua conceperam volens feci. Nunc ceu fato quodam noſtra adoreola ſine te non poſſit ſtare. Themiſtius noſter te rogat vt ſe tranſcribas. Periclitat̄ enim niſi ſuppetias venis: ne (q̄ne deſidia ⁊ nequitia librarij eſt) anteuortat ſe impreſſorum diligē tia: quos p̄ter q̄ꝫ ꝙ lucriones aginatoreſqꝫ ſunt mea cauſa feriari iniquum eſt: p̄ſertim tanto operarum diſpendio: quas ⁊ p̄ſtinare magno ⁊ paſcere ad ſaginam oportet. Ego totus in recognitioneꝫ perdius pernoxqꝫ incumbo. Nec ſupereſſe huic oneri vacat: alioquin nec poſſum. Scis q̄ꝫ non ſim pigerrimus: q̄ꝫ oderim nebulones: ⁊ qui inſinuatis (vt aiunt) manibus exigunt moleſte mundo ſarcinę. Sed hęc alśs. Tu ſi veneris (ſed venire te neceſſe eſt: atqꝫ adeo ad condictum) ⁊ librario meo ſuccēturiaberis: ⁊ Themiſtiuꝫ aſſeres: ⁊ me tibi arctius vincies. Si igitur per te non ſtat librarius meus: ideſt ipſum. Veternum ſucceſſorē accępit: reſignatus eſt. Tu (ſi voles) eris accenſus. Quāquā non multum operi deeſt. Nec tam fuit ille aſinus quin plus q̄ꝫ dodrantem laboris exegerit. Phyſica ⁊ libros de anima ⁊ alia quędam abſoluit. Qd̄ ſubſiduum eſt tibi quędam ſors reſeruat implenduꝫ. Tu conſtitue malis operas in diem vendere an redimere ſarctam paginā. Equidem te optauerim mancipem. Fere enim plus vigilant qui in rem ſuam procuratores ſunt. Sed iocor: ergo propera: nihil excuſa: omnem veniam negabo. Niſi ſumme atqꝫ ſimpendio mihi opus eſſet te: careres hac moleſtia. Nunc ea vis eſt: vt etiam ſi ſcierim incōmodaturum me tibi: tamen inuerecunduꝫ eſſe neceſſe ſit. Quod ſcribis ſuperiores literas quas ad te nudiuſquartus dedi: vt iocis eruditulis frequentes probari: certe nō diſſimulauerim epiſtolam eam Paulo hilariorem fuiſſe: etiam ſi nō habuerit (de quibus placeret) ſexcenta. Planeqꝫ ſi philoſophuꝫ ſpectes intemperantiuſculus vt vna ea fui. Neqꝫ id vnde mihi acciderit compertuꝫ adhuc habeo: alioquin ſobrios credo ⁊ liberales iocos non damnaſtis. Et hercules miratus ſum vnde mihi tantum ocij ad ſales: p̄ſertim tam occupato q̄ꝫ ante hac nunq̄ꝫ. Et niſi ꝙ ad te ſcribebam qui cum licuit inſanire manias ⁊ intemperias incidiſſe me vererer. Vale. Venetijs. M.CCCCLXXX.

356

Themiſtij paraphraſis de inſomnijs. Libellus interprete Hermolao Barbaro.

Inſomnia ſenſu non percipi. Cap. I.

POſt hec de inſomnijs eſt agēdū. Primūq; illō quęrendū quot aīę poteſtati cōpareāt: ⁊ vtꝝ affectio mētis: an ſenſus ſit. His enim duabus viribus tātū noſcāt̃ ea quę ad perceptiones hoīs pertinēt. Certe neq; mentis neq; ſenſus inſomnium eſt: idq; ita demonſtrari explicariq; pōt. Si oculoꝝ officium cōtuitio eſt: ⁊ auriū auſcultatio ⁊ pari rōne ſua ſingulis ſenſibus certa. Si potētias aīę functionū: ⁊ actum gratia inſtitutas eſſe cōſtat. Si ſenſiliū generū quędā cōmunia habent̃ vt figura/magnitudo/motus/⁊ cętera his cōſimia: que pluribus ſubiecta ſenſibus ſunt: quędā impromiſcua ⁊ ꝓpria vt color/ſonus/⁊ ſapor. Si pręterea ipoſſe eſt vt aīal dormiens ⁊ cōpreſſis oculis cernat: aut alio ſenſu percipiat: clariſſime cōcluditur in ſomno nihil ſentire qui dormiūt: ergo inſomnia quę ſibi videre dormientes vīr: nullo ſenſu noſcant̃.

Inſomnia non eſſe opinionem nec actuꝫ intellectus. Item quid preter ſomnium. Cap. II.

SEd neq; intelligētię aut opiniones aut affectio pōt īſōniū putari. Quō enim in ſomno nō equi mō ⁊ homines demumq; ſubſtātię fere omnes occurrant: ſed etiā albedo dulcedo ⁊ hm̄ōi quę citra ſenſuꝫ opinione cōprehēdi nō poſſunt: ſenſus aūt ferient̃ ⁊ ocient̃ in ſomno: efficitur: vt inſomnia ad opinionē aut intelligentiaꝫ referri nō poſſint. Deinde pręter viſa quę obijciunt̃ in ſomno ſolemus ſępenumero intelligere aliud quiddā. Nam quēadmodū vigilantibus ſentientibuſq; ꝯſiderare interim cōtingit aliud qdam pręter id qō ſenſu percipiunt: ita dormiētibus nō ea mō accidūt quę vocant̃ ſomnia: ſed ēt pręter ſomnia pleraq;. Pōt enī accidere vt qs videre in ſomnijs Socratē videat̃: ⁊ extra hoc aiaduertat Socratē ſe videre ꝑ ſomnū. Equidē ſępe viſus ſum mihi cōperiſſe librū: quem diu optauerim legere: ſed ſomniare me ſciebam. Amicus alius noſter quom Panſeptū pręceptoreꝫ ſuū reuocatum ab inferis videret: intelligebat ſe etiā num dormiens ſomniū videre. Iam illud frequētariū eſt vt inueniſſe theſauros ſomnies. Et anteq̃ꝫ expergiſcaris ſic: deprehēdiſſe ſomniuꝫ videaris: ⁊ adhuc dormiens: illuſum te ſomnio amicis: qui ſibi ſomnianti aſſiſtere viderent̃ enarares. Cęterū in ſomno nō ſemper hoc euenit vt intelligamus ſomniuꝫ eſſe qō videmus. At in opinione ſemꝑ id qō opinamur opinari nos ſcimus. Itaq; efficit̃ ēt rōne hac vt ſōnia in opionē ꝯferri nō poſſint.

Non omne qō dormienti apparet ſomnium eſſe. Item quid ſit ꝓprie inſomniū ⁊ qd viſum. Cap. III.

SImul quoq; illud arbitror liquere: non quicqd apparet in ſomno dici inſomniū poſſe. Nā tūc ꝓprie inſomniū eſt quom is qui ſomniat exiſtimat vera eſſe quę ſōniat. Qō ſi q̄s ita ſomniat vt intelligere poſſit ſe dormire: ſomniareq; hoc ꝓprie ſomniū nō eſt ſꝫ viſum qddā atq; phantaſma. Ac vident̃ qdē hęc eſſe īſomnia: ſꝫ nō ſunt: imo vt dixi viſa potius ⁊ phātaſmata. Viſuꝫ adeo proprie illud eſt: quom in ipſo vigilię ⁊ quietis adultę interliminio poſiti: iſta quę vere ſenſu hauſimus: ⁊ quę initio ſomni ipreſſa atq; allita noſtro animo ſunt: reddunt ⁊ offerunt ſeſe: ita vt videamur aſpicere ⁊ adhuc diſcernere poſſimus formas eas eſſe: quas in ꝑma illa ſomni nebula ſenſu accęperimus. Eſt.n. quędā q̄ſi vigilia ſōnus is: in quo intelligere ⁊ deprehendere ſomniū poſſimus. Qō vero ſępenūero eueniat vt aliud qddā ꝑter ſōnia cognoſcat̃: experiri facile his eſt: qb⁹ repetere ſōnia quoties expurgit curę ſit. Nā vt ij qbus ſtudiū eſt ijſdē verbis reddere ⁊ repſentare memoriter quę audierint firmius ⁊ facili⁹ recordant̃: q̄ꝫ illi ipſi a qb⁹ accęperint: ꝓpterea ꝙ alteri ꝑcepta memorię colēdę ſequētes: audita ⁊ ꝓnūciata qbuſdā locis ꝯſtituūt: alteri ſimulatq; effati ea ſūt: nihil vltra ſe ad memoriā eius exercent: ita hos melius q̄ꝫ alios ſomnia meminiſſe cōtingit: qui recenſendis ⁊ recurrēdis inſomnijs operā dant.

Qua rōne dormiēdo in ſōnijs fallimur. Cap. IIII.

EX his oībus illō quoq; ꝯſtat eādē rōnē qua morbo q̄dā aliq in vigilia fallunt̃: facere vt in ſōno quoq; decipi ſoleamus. Vt.n. ſpūs qdā in ęgrotis ad caput viā moliu⁹ creſſamēto ſuo viſibilē ſpūs vehemēter ꝯturbat cōmiſcetq;: vt oīa q̄ tuent̃ gemia videamur: ⁊ vt lineamēta alieni opis imanium beluarū ſpēꝫ referāt: nā ſimulachra deliniaturarū ſine mā intra oculos recępta: ⁊ cū ſpiritu viſuali male habito ⁊ laceſſito ꝯfuſa foras illas aialiū truces ꝑſentant. Ita ⁊ in ſōno ille idem ſpūs cā eſt erroris. Sed ⁊ valētes quoq; atq; adeo ſciētes interdū falli ꝯtingit: vt ſi res nimio tractu remota ⁊ longuſe deſita ſit: aut ſiqua oculi montiūcula obſtupeſcāt: nā ⁊ pedalis ſol ſpectātib⁹ ⁊ terra moueri ⁊ cōmeare nauigātib⁹ vr. Qō ſi h̄ veꝝ in ſciētib⁹ ⁊ valētib⁹ eſt: q̄ꝫto in ęgro veri⁹ ſit: ⁊ adhuc i dormiēte ꝓpēſi⁹:

Quāq̄ꝫ i ſōnio nihil ſentiāt ſēſus: tñ afficiūt̃ it⁹. Ca. V.

